Meinem verehrten Lehrer,
Herrn Prof. Dr. E. Klußmann in Rudolstadt
in Dankbarkeit

d. Vf.

MATTHAEI VINDOCINENSIS

TOBIAS.

AD FIDEM LIBRORUM MSS. ET IMPRESSORUM

RECENSUIT

PROLEGOMENIS INSTRUXIT

FR. AUG. GUIL. MUELDENER

DR. PH. AA. LL. M.

BIBLIOTH. REG. ACAD. GOTTINGENSIS COLLEGA.

Phoebe fave, novus ingreditur tua templa sacerdos!

TIBULL.

GOTTINGAE

SUMPTIBUS DIETERICHIANIS.

1855.

PATRI CARISSIMO

GUIL. AUG. FRID. MUELDENERO

PASTORI APUD ROTTLEBIENSES

ET

FRATRI DILECTISSIMO

GUNTH. AUG. LUD. MUELDENERO

DIACONO APUD BLANCKENBURGENSES

HASCE QUALESCUNQUE STUDIORUM SUORUM PRIMITIAS

SACRAS ESSE VOLUIT

PIETAS AUCTORIS.

PROLEGOMENA.

PROLEGOMENA.

Ne quis forte lector deceptus titulo huius libelli plus in eo quaerat quam quod perlecto eo invenerit, moneo, me hic ea tantum allaturum esse, quae ad intellectum carminis omnino sunt necessaria. Nolo scribere criticam historiam biblici illius libri sub eodem titulo noti; res et ab aliis ante me tractata est fuse et copiose[1]), et res est Theologorum harum rerum me peritiorum. Praecognita haec quae debent esse brevia, in quatuor dividamus capitula, quorum primum agit de vita, secundum de scriptis Matthaei in universum, tertium de Tobia in specie et quartum denique de consilio et subsidiis huius novae editionis.

CAPUT I.

MATTHAEI VINDOCINENSIS VITA.

In cuius primi capitis initio iterum statim monendum videtur — ne si silentio rem praeterierim, invidiam et reprehensionem incurram — me maximam partem secutum esse ea quae disseruit V. D. in Histoire littéraire de France, Tom. XV. p. 420—428. Absit jurare in verba magistri! Sed cum re diligenter perpensa, multisque quantum id quidem licuit, libris collatis intellexissem, omnia illum attulisse, quae afferri possent, et hausisse illum ex fontibus et ignotis et haud facile adeundis mihi, satius duxi illius V. D. vestigia premere quam de novo cramben recoquere oleumque et operam perdere in disquirendis rebus et removendis difficultatibus, quae dudum patent et remotae sunt. Talis est controversia illa, quae multum occupabat

1) Cf. die Geschichte Tobi's nach 3 verschiedenen Originalen dem Griechischen, dem Lateinischen des Hieronymus und einem Syrischen übersetzt und mit Anmerkungen exegetischen und kritischen Inhalts, auch einer Einleitung versehen von *Carl David Ilgen*. Jena 1800. 8. CCLXVIII und 268 S.

Reinesium et Daumium, scilicet quo tempore vixerit Matthaeus noster, quem alii putaverant fuisse abbatem S. Dionysii, qui mortuus est anno 1286.[2]) Supervacaneum etiam putavi, allegare in notis Leyseros, Caveos, Oudinos, Fabricios et qui sunt alii; credas, me omnes hos inspexisse. Igitur hic ea solummodo subiungo quae, licet perpauca sint, pro certis haberi possunt.

Matthaeus igitur natus est Vindocini (hodie Vendôme) unde ex more illorum temporum traxit cognomen suum. Scholiasta ad v. 2143 seqq. narrat literis eum studuisse Parisiis et Aurelianis [3]). Patre sibi nondum, ut videtur adulto, per mortem erepto, avunculus Turone habitans ipsum ad se recepit et educavit, cuius pie memoriam prosequutus est verss. 2146 seqq. Accidit ut anno MCLXXIV. Bartholomaeus ille cui dicavit Tobiam Matth. Archiepiscopus Turonensis Ecclesiae eligeretur. Qui Bartholomaeus ex nobili genere oriundus erat (v. 13) patre Gotfrido comite Grisagonella, matre Mathilde Castridunaea. Bartholomaei avunculum [4]), Angelbaldum sive Engelbaldum qui eandem sedem Archiep. Turon. occupaverat usque ad annum 1157, quo mortuus est, secutus est in ea dignitate Iodocus sive Ioscius, Brito, licet in ipsum Bartholomaeum Engelbaldus dum esset in vivis, secundas post se in Capitulo detulisset. Sine dubio junior illo tempore fuit Barthol. quam qui illam dignitatem adipisci posset: nam electum tandem 17 annis post „juvenem strenuum" apellat Jean Mean, laudatus ab H. L. de Fr. p. 423. not. 1. — Bartholomaeus hic et frater suus, Decanus sive Thesaurarius (cf v. 35, 2147) compatriotae Matthaei, scilicet ipsi Vindocino oriundi (ibid.) dederunt ei ut vivere posset tranquille, licet non alto in loco ponerent. Quae tamen fuerit conditio vitae Matthaei, nescimus, nisi forte ex libris qui sub eius nomine exstare dicuntur, colligere vis, Grammaticum sive magistrum scholarum eum fuisse. Quibus fautoribus suis ut gratum suum animum publice testaretur, hoc poema inscripsit, cui soli, quo fertur, nomen debet.

---

2) Cf. Thomae Reinesii Epistolae ad Christ. Daumium ed. Jo. Andr. Bosius. Jenae 1670. Vide Ep. 62. 63. 67. 68. 71. 72. 76. 85. —

3) Iste magister studuerat Parisiis et Aurelianis: ideo volebat quod liber suus in praedictis civitatibus legeretur etc. — De scholiasta cf. infra Cap. IV. B. 1.

4) Cf. v. 23.

Haec sunt, quae de vita poetae pro certis haberi possunt, scilicet fundata rebus ex Bartholomaei vita petitis. Quo anno mortuus sit, non magis notum est quam quo natus sit. V. D. in H. L. de Fr. putat aequalem fere eum fuisse Bartholomaeo, qui mortuus est anno 1206. Floruisse igitur Matthaeum statuamus circa annum 1180 [5]) et mortuum circa vel paulo post annum 1200.

CAPUT II.

MATTHAEI VINDOCINENSIS SCRIPTA.

Quodsi in hoc capite a tergo incepi, scilicet id quod caput est, in fine posui, id propterea feci, ut enumeratis reliquis adeoque incertis Matthaei scriptis transitum inde facerem ad Tobiam, in quo paulo diutius commorari debemus. Pauca tantum de illis libris, qui sub Matthaei nostri nomine in Bibliothecis latent, afferre possum, neque conjecturis lectores morari libet quae omni fundamento carere debent, quippe cum nemini adhuc contigerit, ut data opera Codices illos inspexerit. Relata igitur refero, ne quid desideretur, et rem relinquo aliis, quibus inspiciendi istos libellos facultas et occasio data est. Quam sibi oblatam utinam aliquis tandem arriperet! Exstare igitur feruntur sub Matthaei Vindocinensis nomine haec.

I. Liber incertus, cuius meminit Eberardus Betuniensis Labyr. p. 830.

Scribendi regit arte stilum Ruphoque negante
Laudem Matthaeus Vindocinensis habet.

De quo ait H. L. de Fr. p. 427: „Sur quoi une glose manuscrite porte ces mots: *Matthaeus describit contra Rufum curialium doctrinas et obtinet victorias et laudes contra ipsum.* Il semblerait par cette note que notre auteur aurait composé quelque autre poëme ou il aurait donné des instructions, ou peut-être des règles sur l'art d'écrire aux gens de cour ou aux personnes de qualité."

II. Matthaei metrum super salutationem angelicam „dans le catalogue des manuscrits de Thom. Bodley (Part. I. no. 2538.)" ibid.

5) Cf. infra Cap. III. init.

bus ipse diserte ait, se respicere ad Salomonem vel alium quendam librum S. S., annotaverim unde petierit ista; tamen non difficile est ad cognoscendum quibus autoribus sententiae istae originem suam debeant; quarum fontem propterea solummodo indicare nolui ne turbarem ordinem Varr. Lectt.; neque vero etiam scribere erat in animo commentarium, neque tali opus est. Sed noli hoc adeo imputare Matthaeo; non paucos, eosque meliores nostro poeta, dixerim optimos poetas Christianos idem fecisse, quis nescit? Si quid proprium est Matthaeo in carmine suo, sunt verborum lusus et artes versificatoriae, quales sunt istae v. 89—92; 167—168; 197—198; 201—204; 437—438; 539—540 et alia. Sed hoc etiam non est vitium unius Matthaei, sed vitium est illius aetatis, quae in deliciis talia habuit. Huc pertinet etiam illud, quod caute fugit ubique elisiones: si est una vel altera, e. g. in versu illo 9: Ut sacra Hieronymi tradit translatio etc., nemo est nescius, Matthaeum pro aetatis suae ratione non ut nos scripsisse Hieronymi sed Jeronymi; sin vero ego malui scribere Hieronymi ex nostra consuetudine, feci propterea ne offendat illa forma nostris auribus male cadens. His praemonitis videbis lector, in universum quidem non ita male cadere versuum rhythmum; unumquodque fere distichon unam efficit sententiam et haud facile una sententia per tres versus extenditur.

Quod ad sermonem Matthaei, is non optimus est; multa habet verba barbara ecclesiastica et scholastica, verba, quae interdum frustra quaeras in nova Glossarii Ducangiani editione Parisina ab Henschelio curata. Sed non ex Tobia solo in infinitum locupletari potest hoc Lexicon!

Sufficiant haec paucula a me praemonita, iudicetque ipse aequus lector benevolusque, fueritne dignus poeta qui denuo a me ederetur. Hoc mihi saltem constare videtur, licet tantillum sit, tamen non omne pretium abjudicandum esse et a nostro et in universum a quovis carmine mediae aeatis, nostro gustui vel minime accomodato, modo respexeris ad historiam litterariam universalem, eademque aestimatione dignum esse vel tale poema, quali ferri solent tot antiqui, quod classicum nuncupant temporis carmina, quae, licet non sint, bona tamen debent esse quia sunt vetusta totque a tot hominibus perlecta ac devorata.

CAPUT IV.

DE HUJUS EDITIONIS CONSILIO ET SUBSIDIIS CRITICIS.

Pauca jam restant monenda mihi de hac nova mea Tobiae editione. Nil nisi criticam editionem parare volui: propterea ab annotationibus et locis aliunde citatis omnino abstinui; supervacaneum putavi, rationes exponere quae ut hanc lectionem reciperem in textum, illam rejicerem, me adduxerint; unum illud mihi proposui, ut poetae versibus pristinam suam et genuinam formam redderem nitoremque quo eos ornaverat; ut purgarem a situ et squalore septem fere saeculorum, viamque struerem iis, quibus ista tempora licet obscura sint, et, quos ista tulerint, fructus cordi sunt. Et sunt tamen aliqui qui nostra aetate ex illorum saeculorum literatura delitias, neque eas parvas, percipiunt!

Subsidiis criticis usus sum his:

A. Codd. Mss.

I. *Fragmentum Gothanum* = *F.* Descripsit hunc librum F. Jacobs in libro suo: Beiträge zur ältern Literatur etc. III. 1. p. 16. 22 Blätter; 28 Zeilen auf schwarzen Linien. Schrift aus dem Anfange des 14. Jahrh. Ueberschrift ave maria und von späterer Hand: Matheus Vindocinensis. Glossen zwischen den Zeilen; die aber auf den letzten Blättern fehlen. Die Hdschr. bricht ohngefähr in der Mitte ab mit den Versen (v. 1327 et 1328):

Ut valeant offerre preces holocausta fateri
Te dominum laudes concelebrare tuas. —

Nihil habeo quod addam, nisi quod homo linguae Latinae prorsus ignarus hunc librum scripsisse videtur, id quod ex VV. LL. meis patet; sed licet sint saepe absurdissima, omnia tamen enotare studui, ne incuriositatis vituperium incurrerem.

II. *Cod. Gothanus integer* = *G*, de quo Jacobs l. l. 51 Bl. auf deren letztem nur 6 Zeilen stehen — 22 Zeilen auf schwarzen Linien. Schöne Schrift des 14. Jhdts.: rothe Uncialen im Anfange der Abschnitte; die ersten Buchstaben jedes Verses roth durchstrichen. Fol. I. als Ueberschrift Timor domini principium sapientiae." —

Cf. V. L. ad v. 2226. —

III. *Codex Jureti* = *J*: cf. infra B. Editt. II.

IV. *Florilegium Gottingense* = *P*. Scriptus Codex anno 1366, et continet Ovidii vetulam; inde fol. 73 "Incipit Poletychon," usque ad fol. 135 libris X comprehensum, et vix dubium, quin idem sit atque illud de quo Daumius in Epp. ad Reines. LX. LXXIV. LXXVI et alibi narrat. Quid velit sibi titulus iste, Poletychon (an Politicum, aut Πολύπτυχον?) nescio; continet excerpta ex poetis illis temporibus tritis et vetustis et recentioribus et hos versus e Tobia 515–522; 541—542; 657–662; 2133—2140; 1883—1884; 1967—1976; 955—956; 1977—1982; 953—4; 963—4; 701—712; 859—860; 689—690; 861—872; 941—2; 687—8; 945—6; 849—850; 947—952; 815—822; 909—910; 825—834; 883—6; 889; 753—8; 759—772; 773—774; 777—8; 779—788; 923—926; 927—930; 931—2; 937—8; 1151—61; 177—180; 1427—8; 529—530; 2177—78; 193—196; 533—4; 971; 559—60; 1029—1036; 527—28; 553—4; 723—4; 713—4; 725—8; 719—722; 731—734; 739—746; 747—752; 773—774 (cf supra) 1657—60; 797—802; 787—792; 591—594; 1341—44; 625—626; 1211—12; 1345—6; 1347–58; 595—616; 621—2; 647—8; 835—840; 843—4; 841—2; 845—8; 1265—6; 117—118; 631—3; 635—6; 531—2; 891—2; 627—8; 125—7; 561—574; 903—4; 907; 895—900; 901—992; 875—6; 881—882; 485—6; 873—4.

Haec sunt ea quibus praescripsit autor florilegii aut Matthaei aut Tobiae nomen; sed latent sine dubio et alii versus ex Tobia petiti in hoc florilegio qui me fugerunt quippe qui non totum perlegerim, sed eos tantum versus, quibus adscriptus erat fons unde sumsit, cum meo textu contulerim. Neque res tanti est; interdum enim usui suo accommodat autor florilegii poetarum versus: quamquam concedendum est non ex infimae notae libro MS. eum versus excerpsisse, quod patet ex perpaucis VV. LL. quae adnotandae erant. —

In fine libri sequitur Palpanista Bernardi Geistensis, Alani Parabolae et versus non pauci leonino metro conscripti. — Sed satis haec superque de hoc libro. —

V. *Codex Guelferbytanus* I = *V*. — Codex optime scriptus, cuius litterae proxime accedunt ad eas, quales sunt in G. — Cod. Aug. 87, 5. Pergam. fol. min. foll. 39., duobus

columnis 35—36 lin., quarum primae litterae rubra linea notatae sunt. — Continet Catonis Disticha, Theodulum, Avianum, Aesopum, Zozimam Hildeberti Cenomanensis et Matthaei Tobiam usque ad vers. 2007; cetera, quae duobus foll. septem non totis columnis debebant esse conscripta, desiderantur. — Hic illic 2 et vel 3 manum agnoscere mihi visus sum.

V. *Codex Guelferbytanus* II = *W.* Cod. Aug. 37. 34. Cod. chartac. in fol. scriptus Erfordiae inter ann. 1480 et 1481 — 199 foll. 2 Columm. 40—45 lin. Praeter alia multa continet Tobiam a fol. 40ª—55ª; prooemium 2 m. script.; 2 m. interpunctionis signa addidit rubro colore, interdum eadem eodem colore librarii errores correxit. Praeterea 2 man. (?) varr. Lectt. ex alio exemplari, ut videtur, petitas, adscripsit, additis literis *al.* quod semper expressi; quod ubi non legebatur, id typis significari curavi.

B. Editiones.

I. *Habes hic iuvenis Auctores octo opusculorum cum commentariis et annotationibus quam plurimis noviter additis ac cum tractatulo sulpitii Verulani de moribus in mensa servandos (sic) diligentissime recogniti et emendati. Et sunt hec. Liber cathonis. Liber theodoli. Liber faceti. Liber cartule al's de contemptu mundi. Liber thobiadis. Liber parabolarum Alani. Liber fabularum esopi. Liber floreti. Venundantur Lugduni et tholose a Johanne de Clauso et J. Robioni bibliopole socios.* — Tob. fol. V. IIII: *Auctores octo opusculorum — impressi vero Lugduni per egregium virum Joh'em de la place artis impressorie expertus (sic) sumptibus vero Johannis de Clauso et robioni in machātia socios. Anno domini millesi. quingentesimo. XI. die vero VIII Novembris.* —

Nobis *l.* — Commentarius nobis: *Schol.*

II. *Genius, sive DD. Thobiae Patris et F. sacrosancta Historia, Elegiaco Carmine ante CCC. annos a Matthaeo Vindocinen. D. Dionysii apud Lutetiam Abbate, conscripta. Libellus vere aureus, cuius non solum versus singuli, verum etiam unumquodque verbum sententia selectior, et testimonium aliquod singulare existimandum est.* — *Basileae, per Joannem Oporinum.* — In fine: *Basileae Anno salutis humanae M. D. LXIII. Mense Novembri.* — Editor Johannes Herold, qui praefatio-

nem scripsit ad Johannem Udalricum a Raytnau. — Nobis = *o*.

Hunc librum quem adservat biblioth. Acad. Gotting. olim possidebat *Franciscus Juretus* qui margini adscripsit varr. lectt. ex Codice aliquo MS. ut ipse testatur in nota adscripta folio primo libri verbis: *"Francisci Jureti est qui hunc poetam contulit cum vetusto exemplari manuscripto."* — Cuius Cod. Lectiones significavi litera = *I*. — Qui tamen fuerit Cod. iste MS. investigare mihi non licuit. —

III. „Historia Sacra de Tobia seniore ac juniore, ante „aliquot secula tam Carminis Elegiaci paraphrasi, quam Ora„toria explanatione, juxta materiam Theologicam, Ethicam et „Juridicam eleganter illustrata per Matthaeum Vindocinensem et „Ambrosium Mediolanensem: Quorum ille Poeta, nunc primum „(sic!) ex Mss. iisque membranaceis; hic autem Rhetor, initioque „Praeses aut Iudex et postea Episcopus, ex editis codicibus „antiquis, luci restituuntur, simulque Epistola, Testimonia, Le„ctiones, Observationes et Dissertatio multivarie adjiciuntur per „Editorem et Authorem Johannem Heringium I. C. Oldenburgen„sem et in Episc. Verdensi Capituli Cathed. Eccles. Syndicum. „Bremae 1642." —

Nobis *h*. Taedet mehercle fere, vel unum verbum perdere de hoc pessimo omnium omnino qui unquam prodiere, librorum. Usus est Heringius duobus Codd. Mss.; sed jurare possis, ubique fere eum peiorem lectionem recepisse, meliorem rejecisse. Non valui ultra versum 160 hunc librum comparare cum meo exemplari. Iudices ipse, bone lector, an verum indicaverim, licet V. D. Gallus l. l. optimam hanc editionem praedicet! Ut pateflat, quali ratione adhibeat criticus iste Bremensis criticen enotavi ipsius VV. LL. notatas signo §. —

IV. 160 primos Tobiae vers. exhibuit *Casp. Barthius* Adverss. libro XXXI p. 1460—1463.

Haec fuerunt subsidia, quibus usus sum ad refingendum Tobiae textum. Sub finem qui instat, juvat adscribere praeterea Editt. illas mihi ignotas, quales enumerat H. L. de Fr. l. l. scilicet has 1) Lyon chez Jehan-du-Pré 1489 fol. parvo etc. 2) 1505. 4°. 3) 1506. 4) 1520. m—4°. 5) 1540. 8. 6) in Auctores octo morales Lugduni 1583 et 7) 1540. 8. 8) in Poetae sacri Basileae 1563. 4. —

MATTHAEI VINDOCINENSIS

TOBIAS.

2

MATTHAEI VINDOCINENSIS
TOBIAS.

Ex agro veteri virtutum semina, morum
  Plantula, iustitiae pullulat ampla seges:
Lot decus hospitii, patientia Iob, Salomonem
  Dogma, fides Abraham, spes Simeona probat.
Intitulant reliquos praeconia singula: solus
  Omnia Tobias praetitulatus habet.
Tobiam decorat elemosyna, latria, firma
  Spes, illaesa fides, exsequialis honor.
Ut sacra Hieronymi tradit translatio prosam
  Qualicunque metro Vindocinensis arat.
Ecclesiae Turonensis apex, ovium speculator
  Et speculum, praesul Bartholomaee fave:

VV. LL. — Incipit Tobias *V*.

Thobias in agro veteri lascivit et aeque
  Rem iuvat et metri nobilitate viget
laberintus { Scribendi regit arte stilum: Ruffoque negante
  Laudem Matthaeus vindocinensis habet.

Incipit Thobias vel Matthaei Vindocinensis liber in vitam Thobie incipit *W* (Prius distichon desumptum est ex Eberhardi Betuniensis Labyrintho apud Leyserum Hist. poet. et poem. p. 829. Tract. III. v. 65 et 66, qui scribit: Res novat et m. nob. placet.) — Matthaei Vindocinensis* in Tobiam Paraphrasis metricae Praefatio, ad Bartholomaeum N. ejusque fratrem N. respective Episcopum et Decanum Turonenses (* Haec inscribtio est editoris ex seqq. composita,) *h* Incipit liber Thobiae *l* Matthaei Vindocinensis in DD. Thobiae patris et filii sacrosanctam Historiam, praefatio. *o*.

1 semina amori || Paucula *Barth* 3 decus imperii *W* 5 intit. § Ms. Cod. alter pro laudant *h* 6 praetit. § sive praesignitus ibid. *h* 7 decorant *Barth* latria § h. e. servitium dei ibid. *h* firmat *l* 9 tradat *F* 10 arat § pro describit *h* Dedicatio *o* 11 spiculator *V*

Nobilibus trabeatus avis, decus orbis, honesti
Forma, sacerdotum gemma, lucerna gregis,
Cleri praesidium, via pacis, cuius honore,
Cuius luce dies ingeminata stupet.
Sol, cuius radios urbs Martinopolis orbi
Commodat, et totum partis honorat honor:
Es solis radius, in quo consentit honesto
Forma pudicitiae rara sed apta comes:
Es solis radius, quo festivatur alumno
Vindocinum, Turonis praesule, cive polus:
Es solis radius, cui praesul avunculus agnus
In pastore fuit, in dominante minor.
Hunc rea mors rapuit, cuius dignissimus haeres
Tractas emerita sceptra paterna manu.
Te Deus elegit, ut ovilia dogmate pascas,
Exemplo foveas, commoditate iuves:
Te Deus elegit, ut dispensare talenta
Tradita multiplici sedulitate velis:
Te Deus elegit vas nobile, vas in honorem,

---

13 trabeatus § pro ornatus *h* honestis *Barth* honestus *h* 14 gemīa (gemina?) *G* 15 seqq. In ordinandis his versibus secutus sum *G*; *FVW Barth o* sic: 14, 17, 18, 15, 16, 23, 24, 19, 20, 21, 22; — *I*: 14, 17, 18, 15, 16, 21, 22, 19, 20, 23, 24; — *h*: 14, 17, 18, 15, 16, 19, 20, 23, 24, 21, 22, 25 16 lure *l* 19 es rad. sol. *F* (sic et v. 21) *G* consensit *FGo* concessit *Vl* consistit *Wh*§ Ms. Cod. alter consentit 21 festinatur *FG* cf. 490 festin. alumpnis § scl. avunculum in MS. Cod. alt. *h* 22 sive pol. *l* 23 cui solis *Barth* — cf. Reinesii Epp. ad Daum. Append. p. 344: Praesul avunculus fuit Gocius, Iocius, Ioscio. *Chron. Norm. Rob. de Monte anno 1067. 1774.* Reinesius. 24 in pastore fuit in dominante cliens) Barthius edidit *minor*. Rectum est *τὸ cliens*: toties enim apud hoc genus scriptores iacet pro ministro, famulo. *Reines.* Unde vero habeat Reinesius illud *cliens*, mihi non liquet, cum et MSS. et impressi mei libri omnes constanter tueantur *minor*, quamquam non nego, *τὸ cliens* melius mihi videri quam *τὸ minor*, modo vel unus meorum librr. praeberet hanc lectionem. — cf. 186. 684. 1616. 25 heras *F* hes *G* *rea*, id est noxia *Reines.* 26 regna pat. *I* 27 *F* vv. 29 et 30 ponit ante v. 27 et 28. 27, 28, 29, 30 * § Haec duo disticha in altero Cod. MS. non exstant *h* dogmata *l* 28 sedulitate iuv. *F* v. 28 et 29 om. *G* 30 credita *FGh* male; tradita constanter Vulg. non semel. cf. v. 184 queas *l* 31 inhonore *Fl*

Vas speciale sibi, vas generale suis.
Vive vale decus Ecclesiae, dispone precanti
Portum, naufragium pelle, medere rati.
Suscipe Tobiae titulos cum fratre decano,
Ut timidum duplex stella serenet iter.
Gaudeo luce nova vos praelucescere, quippe
Sol nitet in geminis, cetera signa vacant.
Sol nitet in geminis, quia veri gratia solis
Lampade virtutum vos beat, auget, alit.
Vivite felices fratres, quos corpore solo
Esse duos eadem mens probat, unus amor:
Vos duo, vos unum miror, duo corpore, mente
Unum: dividuum corpore mente coit.
Vos, vos, vestra precor plantatio, vester Amyclas,
Portus, ni timidum confoveatis, inops:
Aspirate stilo nostro: mendica phaselus
Freta favore freti scandala nulla timet.

---

32 sihi *l* suus *G* vas speciale suis *W* 33 decus hospicii *V* 34 redit v. 21 *F* pontum — madere *Barth* 36 tumedum *G* serenet opus *o* 37 gaudio *l* uova — lucessere *Barth* 38 ingenuus *W* (sic et v. seq.) Huc pertinere videntur absque signo posita in § scil. te et fratre in alt. Cod. MS. marg. *h* 41 virite *h* 42 una fides *h* 43 unum nitor *l* duo corpora *h* 45 vos ego vestra *Wl* vos vos § Ms. Cod. alter Habet (?) *h* nostra — noster *FG* amiclas *FGVlBarth* amicla *W* Amiclas § Barth Amiclus q. adblandiens et contractum fit deminutivum *h* — Ad haec *Barth* p. 1463 Adverss.: Legendum putarim — *amiclus*, ut in diminutis blanditiis illa aetas omnia posuit, sed cum in Ms. glossa sit *Amiclas*, *servus*, recordor nomen proprium hominis esse humili sorte, apud Lucanum libro V (v. 539) Pharsaliae (ubi cf. Corte in ed. Weberi altera) ad ostentandam eruditionem positam ex reconditiore historia. In qua opinione firmat me Nicolaus Rivallensis, cuius versus producit Ioannes Picardus ad Gulielmum Neubrigensem lib. II. cap. 27.

Floruit Henricus quasi Carolus, alter Ulysses
Sensu, Croesus erat opibus, post, pauper Amyclas.

Reines. l. l. Petr. Damianus de contemtu sec. c. 7: *Croesum et Amyclum* opponit: illum aureos, hunc milium numerare. 46 poscit § portus Barth vel iuxta Ms. glossam, servus: sicque prius hominis quondam humilis nomen Amiclas remaneret *h* di dimidum *G* iter timidum *V* in tumidum *l* in tim. *Barth* inops vel opus *F* 47 aspicite *(h)* st. vestro *VWBarth* 48 ferti *F* scandula *Vk*

Porcorum siliquis pudor est inhiare, favillis
  Pieriis pudor est inseruisse stilum.
Sumitur haec veteri novitas ex lege legenda,
  Ut patrum veterum testificatur apex.
Transfert Hieronymus, exponit Beda, Matthaeus
  Metrificat, reprobat livor, amicus habet.

Tobiae natale solum Galilaea, voluntas
  Sacra, timor Domini, religiosus amor.
Militat in puero gravitas matura, stupescit
  Pauca dies tenerum corpore, mente senem.
Nephthalicus puer urbe, tribu, maturus in annis
  Praeteneris redolet sobrietate virum.
Gente sua minor est annis, sed maior honesto
  Proposito, merita simplicitate praeit.
Plantula fructificat, tenera canescit in herba
  Messis adulta, praeit tempora cana fides.
Alea fortunae fortes examinat: aurum
  In fornace, fides anxietate nitet.
Tempore Salmanasar regis captivus honesta
  Mente Deum recolit, spe comitante timet.
Ridet in adversis virtus, non mergit honestum

---

50 Pieridum *Io* Pyrreis *l* Pierius Du Cange Gloss. ed. Henschel s. h. v. (?) taedet *VW*; § Ms. alt. taedet *h* insenuisse *G* insin. *V* 51 sum. ex vet. n. haec l. l. *VW* legendi *F*. 52 verum (?) *F* opus § ibid. alter *h* 55 Matthias in vitam Thobie *W* Incipit narratio Thobiae *l* DD. Thobiae patris ac filii Historia. Caput I. *o* Textus cum paraphrasi metrica Caput I. *h* 56 acra — religinis *F* religionis *VW* § vel relligiosus *h* rel. auctor *G* et rell. *Barth* 57 in parvo *o* natura *F* 58 tenerum tempore *G* tenerum corpore al. iuvenem tempore *W* 59 et 60 om. *Barth* 59 neptalis *F* Nephthalitus *o* Neptalici § al. Neptalicus Luthero, Nephthalici *h* neptalicus rel. libri maturis *Vh* Secuti sumus nos Hieronymum ed. Paris 1693 fol. stud. et lab. Monach. Ord. S. Bened. Tom. I. pag. 1157—1170 60 sobritate *F* 62 merito *FGVoBarth* merita corr. merito *W* merita § al. mira. Quoad sententiam similia infra sub cap. 7. num. 25 *h* simpl. patet *F* 64 tempera *Barth* cana seges *o* 65 et 66 om. *V* 66 al. nitet anx. fid. *I*; sic *h* 68 com. fide *I* 69 in adversum *F* nec merg. *o* non frangit *FGhlBarth* non om. *V*.

Propositum mersae prosperitatis hiems.
Nomine passa Dei redolet tribulatio, pascit
Passio, delectat laesio, poena sapit.
Captivis partitur opes, premitur generali
Damno, nec propria perditione dolet:
Visitat infirmos, tristes solatur, egenis
Condolet, in membris gaudet amare caput.
Triplice compatitur ope, rebus, dogmate, corde:
Corde gemit, format dogmate, rebus alit.
Est fidei cultor, quam circumcisio nostri
Praevia baptismi concelebrare solet.
Ierusalem maturat iter, gentilia sperhit
Sacra, Deo sese sacrificare studet.
Ad vitulos quos Ieroboam rex fecerat ire
Horret, apostaticos increpat, arcet iter.
Fictilibus latriam praefert, idololatria sordet,
Sordet ut auctori praeficiatur opus.
Plures esse Deos negat, unum praedicat, unum
Laudat, ut unius omnia laude metat.
Odit, amat, reprobat, probat, exsecratur, adorat
Crimina, iura, nefas, fas, simulacra, Deum:
Fas, simulacra, Deum probat, exsecratur, adorat,
Odit, amat, reprobat crimina, iura, nefas.
Seminat, auget, alit, exterminat, arguit, arcet,
Dogmata, iura, decus, schismata, probra, dolos:

---

70 miserae *o* 71 passit *F* parcit *V* 73 patitur — generalia *F* largitur *V* 74 non pr. *lo* perditio *l* 75 egros sol. *V* miseros sol. *W* 76 et membr. *h* 77 triplici *Fl* 78 corpore gem. *l*. firmat al. format *W* 79 et fidei *h* qua *o* 80 prima — soles *F* studet § Barth et alter Cod. solet *h* 81 maturat § Ms. alt. molitur *h* mat. tunc gent. *G* 83 facerat *F* 84 apostaneos *G* improbat *V* iter om. F. 85 latriam §. h. e. cultum divinum *h* praefret *F* idololatra § Barth idololatria *h* (imo Idolatria!) 86 al. ut non auct. *W* 87 plus esse *F* alterum *unum* post praedicat om. *G* 88 unus *F* 89—94 § Tali genere carminis transposito et in totum vel ex parte cancrino quandoque delectata est antiquitas, ut constat ex aliis et infra sequitur *h* 90 intra *G* 92 edit am. repr. fas sim. Deum *V* Crim. iura nef. od. am. repr. *l* 93 excriminat *G* 94 dog. iur. dec. semin. aug. alit *ho*, omissis verss. 95 et 96; eosdem vv. om. *Barth*

Schismata, probra, dolos exterminat, arguit, arcet,
Seminat, auget, alit, dogmata, iura, decus.
Ne lateat iubar in tenebris, geminata lucerna
Tobiae titulos praeradiare facit.
Prima lucerna patet sermone, secunda coruscat
Exemplo: quod ait lingua, fatetur opus.
Exemplo legitur doctrina: quod edocet, actu
Consolidat mentis expositiva manus.
Hoc doctore Deum recolit Iudaea, Deorum
Cultus abest, rectum militat, error obit.
Dum redit annorum ternarius erogat omnes
Primitias decimas compatiente manu.
Proselytos, alienigenas sustentat, ad horam
Seminat et spargit ut sine fine metat.
Condolet afflictis, miseris blanditur, egenis
Quas dispergit opes multiplicare ratus.
Iam pupillaris aetas exspirat, honestas
Crescit, et in messem surgit adulta seges:
Primaevis tunicis rosa dedignata teneri
Exit florigero cortice, spirat odor.
Rubigo primaeva perit, maturior aetas
Emicat et fructum dissimulare negat.
Est adolescentis aetas suspectior, aetas
Lubrica, deliciis ebria, legis egens.

---

95 probra nephas *V* 95 et 96 alii haec duo carmina non habent *W* 96 *FGIWl* hunc v. sic scribunt: Dogm. iura decus sem. aug. alit. Sed ut respondeant sibi haec quatuor disticha in collocatione verborum, aut mecum ita scribatur oportet, aut supra v. 92 ea quam *l* praebet structura recipienda erit. 97 Caput II. *o* 98 praeradiasse *F* 99 nitet serm. *Barth* 100 exemplis *V* agit § Barth et alt. Cod. ait *h* quod agit lingua proferre studet *F* 101 doctrinam — actum *F* 102 mentes *Io* expositura *G*; cf. 1438. Schol. ordinativa. 104 cultus habet — obit vel abis *F* abest al. obit *Wlm.* abit *hl* 105 errogat *o* omnis *h* 106 divitias dec. *G* 107 aligenigenas *F* 109 mis. meseretur *V* miseros solatur Barth 110 quas largitur § Ms. dispargit *h* dispergat *Barth* mult. studet *lo* 111 iamque *IVhl* iamque pusillaris al. pupill. *W* suspirat § Ms. et Barth exspirat *h* 112 crescit ad messem surg. ad. seg. al. pullulat ampla *W* in messe *h* 117 ad. quoniam susp. *lo* 118 legis inops *V* legens egens *P*

Ne plures habeat velut emissarius, Annam
   Tobias sociam destinat esse tori.
Non incentivo Veneris, sed prolis amore
   Uxoratur, amat fructificare Deo.
Est adolescentis frenata licentia: sponso
   Sponsa datur iusto sobria parque pari.
Nubere virtuti virtus laetatur, honestas
   Gaudet honestatis comparis esse comes.
Consonat et redolet melius iunctura bonorum,
   Gratior est flos cum flore, colore color.
Ergo relativo consensu cella pudoris
   Concipit, emeritum carcere prodit onus.
Agricolam locupletat ager, fecunda maritum
   Uxor progenie floridiore beat.
Solvitur in puerum partus, patris aequivocatur
   Nomine progenies sedulitate patris.
Sole novus radius prodit, lux lumine, dignus
   Sol radio, radius sole, nitore nitor.
Vernat prole pater dignus, proles patre, dignum
   Vas figulo, figulus vase, parente puer.
Edocet hunc patris tutela tenere tenorem
   Legis, in excessum luxuriare vetat.
Ut timeat Dominum dat primula dogmata, certus
   Quod Domini timor est initiale bonum.

---

119 emissarias *G* *Barth* l. l. „Legendum *admissarius* qui omnes adsiliat. Estque Plautini notissimi versus allusio (Mil. glor. IV, 3, 19) *Nae tu ad equas fuisses scitus admissarius*. Potest tamen et emissarium admissario substituisse. Ut id aevum sapientiae opinione perquam scite se donavit, Licet interdum non paullo existimatione sua ab ea remotius". — Nihil mutandum est. 122 uxorat *F* uxoratus *Barth* multiplicare *I* 125 nube *G* ledatur *l* 127 melius redolet *PBarth* 128 calore calor *F* nitore nitor § Ms. alt colore color *h* 129 cella *Barth* 132 coniux *h* 133 aequiparatur *h* 134 sediditate *G* 135 solve *F* 136 sol radio radius prodit lux lumine dignus *G* sol rado *V* 137 prole patre *l* dignus est *G* 138 figulo figulo *F* 139 ed. nunc — tenore tenorem *l* tutela patr. retinere *V* cautela *Barth* 140 lux. negat *V* 141 ut dom. tim. *VWBarth* p̄ma (i. e. praevia; c. gl. ṕma i. e. prima) *F* plurima *IV* ꝑta (subscr. primula) *W* doona *F* dogmata prima probatus *Barth* 142 principiale *Barth*

Inde venit Ninivem, genitorem prole, maritum
    Coniuge, cognatum concomitante tribu.
Sacrilegos refugit convictus, devovet escas
    Gentiles, negat his commaculare fidem:
Non conventiculis horum communicat, imo
    Horret quos idolis sacrificare videt.
Et quia corde Deum vir iustus honorat, honorem
    Pensat honore Patris primipotentis apex.
Salmanasar dat ei divino munere, solus
    Ut queat arbitrio liberiore frui.
Regis in adspectu placet, huic extendit habenas
    Non reliquis regis gratia, regis amor.
Cognatis dispergit opes, praecepta salutis
    Praedicat et geminat proximitatis opem.
Est linguae cognata manus, documenta maritat
    Rebus, honestati coniugat oris opes.
Sic mentes recreat et corpora: dogmate mentes,
    Corpora subsidio pascit, utroque Deum.
Defunctos sepelit, vivos sustentat, et omni
    Obsequio pietas officiosa viget.
Quadrata pietate iuvat: vivos ope, bustis
    Defunctos, animas dogmate, membra cibis.

---

143 ninive *FGW* ninivem *l* genitor cum prole *o*; sic *W* in marg. 144 tribum *F* 146 neg. iis *Io* 147 conventicos *F* nec conv. *Barth* 148 ydolis al. vitulis *W* thurificare *GWo* videt vel dolet *F* dolet *G* thur. vidit § Cod. alter videt *h* 149 sed quia *I* (Et quoniam Hieron.) sed quia § vel, quod Barth et qui *h* corde *F* ceu iustus *Barth* hon. honestus *V* 150 omnipotentis *Fo*; *V* al. primipotentis. 151 salmasar *F* solus § Ms. alt. prolis *h* 153 hinc *(G?) o* protendit *Barth* 154 non aliis *o* prae rel. *Barth* reg. honor *V*: honor § Ms. alt. et Barth amor *h* 156 praedicaret *l* 157 linguae § Ms. alt. verbis — maritat § pro conjungit ibid. *h* 158 oris onus §. ibid. et Barth opes 159 § Eo usque a Barthio editi sunt versiculi: reliquos nondum vidi *h* — Hucusque ego contuli edit. Heringianam cum textu meo, nec placet amplius procedere in taedioso labore. Criticen enim nihil inde profiteri, unusquisque facile intelliget ex paucis quae adscripsi ex hoc pessimi omnium criticorum libello. Quod si totum comparare vellem, morarer lectores, chartamque ineptiis commacularem: neutrum volui. 160 pasit *F* 161 vires *F* in omni al. et omni *V* et omnium *l* 162 nitet *F* iuvat *l* 163 quadrata virtute *IV* inutis ope *F* 164 mentes al. animas *W*

Tobiae titulos virtutum quatuor auget
Gratia: plus sapiunt lilia mixta rosis.
Tobias rigidus, sapiens, consultus, honestus,
Est animo forti, dogmate, iure, modo.
Iustum iura, modus moderatum, dogmata doctum
Efficiunt, fortem contribulata caro.
Quadrata virtute ratus templum Salomonis
Quadratus poterit aedificare lapis.
Inde Rages urbem Medorum tendit, eunti
Assistente viro coniuge, prole, tribu.
Tobiam movet hic cognati visa Gabeli
Pauperies: misero condolet alma fides.
Naturae fortuna potens praeponderat, horret
Naturam, sequitur lucra sophista favor.
Fluctuat ad censum venalis amicus: egenum
Nec fictus refovet, nec fabricatus amor.
Tobiae pietas nescit fluitare, Gabelo
Condolet et renuit dissimulare fidem.
Argenti sub chirographo bis quinque talenta
Tradit: amicitiam testificatur opus.
Regis amicitia Tobiae regis amici
Haec dederant: Domini vernat amore cliens.
Hausto curriculo prolixi temporis instat
Salmanasar mortis hora tributa petens.
De medio sublatus obit rex: pessima proles
Sennacherib regnum dilapidare studet.
Radicis vitio sordet ramusculus: haeres
Improbus excedit noxietate patrem.

---

168 fortis *V* dogmata *l* 169 docmate *F* 170 calo *G* 171 quad. pietate *I* 174 assiste *G* 175 monet *o (FGI?)* cognata *G* 177 pontens *P* praep. albat (? 2 m) *W* 178 sopista *F* sophistica *l* favor al. fides *W* 179 fluitat *l* ad sensum *F* ad al. in cens. *W* amicus amicum *V* 180 nec verus ref. *FV* sed verus *GIPl* refoveat *F* nec ver. ref. al. nec falsus retinet *W* ut fabricat amor *G* non fabric. *Il* 182 reunuit *l* sprevit *o* 183 om. *F* cyrographo al.; al. cirogr. et sic semper. 186 dederat *G* Dominum *o* honore cliens *V* 188 Slamanasar *F* 190 Sennacherim *I* Sennacheriph *V* (sic 209) parat *o* 191 radices *F* radici sord. vit. *V* ramunculus *IVlo* 192 impius *o* excedet *F* anxietate *Il*

Gaudet in afflictos saevire noverca potestas
Iustitiae: sceleris ira ministra riget.
Hoc regnante iacet virtus, praescribit honesto
Impietas, ratio desipit, alget honor.
Iustos, innocuos, functos premit, enecat, arcet,
Pravus, iniquus, iners, carcere, caede, rogis.
Tobias fovet afflictos, pietatis in usum
Dispensare studet cordis et oris opes.
Patrat amore patris superi quae dictat honestas
Legis, se Domino sacrat, agenda replet.
Replet agenda, sacrat Domino se, legis honestas
Dictat quae superi patris amore patrat.
Iudaea rex regrediens percussus acerbo
Vulnere membrorum, sanguinis imbre madet.
Israel in populum saevit: sepelire peremptos
Tobiae satagit officiosa fides.
Tobiam rex Sennacherib sepelire peremptos
Percipit: ira fremit, pessima poena placet.
Tobiam iubet interimi, pro munere damnat,
Pro merito cruciat, pro pietate premit.
Confiscantur opes Tobiae, quas generales
Non proprias sentit advena, sentit inops.
Nescit abesse Deus iustis, servatur ab hoste
Tobias, soboles unica, sponsa, tribus.
Mortis ad antidotum fugiunt, utuntur amico
Praesidio, tegit hos proximitatis amor.
Tobias latitat nudus, poscensque timoris
Antidotum Domino subveniente latet.
Post lamenta redit lyra: iurisdictio regis

---

193 servire *F* 194 celeris *o* minister *F* ministrat *l* viget *o* 195 hac *P* latet *o* 196 deficit *I* desinit *l* 197 sanctos prem. *Io* 198 pravis in. in heres *F* 199 in usu *G* 200 mentis (meptis *G*) et oris *IVWo* opus *F* opem *o* 201 quod dict. *GIo* se dict. *V* 204 quae dict. *Ilo* dictat se *V* Caput III. *o* 205 Iudeam al. Iudea *W* Iudaeam r. ingrediens *o* egrediens *FGl* perculsus *o* 208 manus, sed Schol. fides *l* 210 ira gemit *V* 211 intentu pro m. *G* munera *l* 213 generabis *F* 214 sensit — sensit *GWo* 215 adesse *G* servantur *I* (?) *o* 218 regit *IV* et *F* c. gl. tegit; *o* vv. 219 et 220 ponit ante 217 et 218 221 iurisdicio *G* iuridictio *V*

Exspirat, remeant gaudia, moeror abit.
Opprimitur novies exhaustis quinque diebus
Rex, perimit figulum vas, genitura patrem.
Tobias redit in lucem: latitare coactus
Emergit, domino restituuntur opes.
Instat festa dies: Tobias sudat in usum
Laetitiae, ridet exhilarata domus.
Ad conviviolum cognatos convocat, escis
Dispositis natum convocat, ista iubet:
Vade, voca quoscunque bonos commendat origo
Nostra, timoratos elige. Iussus abit.
Dum puer accelerat patri parere, platea
Nudus ei caesus Israelita patet.
Condolet occiso, patrem pietate monetans
Patrissare studet, degenerare negat.
Ad patrem reditum maturat, singula narrat
Visa: madet fletu sollicitudo patris.
Surgit ab accubitu, ieiunus abit, pietatem
Invitat, corpus intumulare sitit.
Tollit et occultat corpus; quia laesus abhorret
Insidias, quod agit notificare timet.
Noctis ad adventum suspirat, tempus opacum
Eligit, et timidus noctis amicat opem.
Gentiles timet insidias insistere, quippe
Escaturizantes laesus abhorret aquas.
Dum corpus sepelit, compassio mentis honorat
Facta: sacrum gemitu coniuge vernat opus.
Fletibus ora rigans non ignorat quia quisquis
Seminat in lacrimis prosperitate metet.
Inde domum repetens satagit memorare, quod Amos

222 remanet *G* redeunt *V* obit *FGI* 225 coactos *F* 226 emergat *F* erm'git — restituentur *V* 228 et 229 om. *F* 230 depositis *F* convenit *FGWo* ista refert *H* 231 vade vocaque bonos tibi quos com. *l* 232 hab$\frac{i}{e}$t *G* 234 nud. et caes. *l* 235 occisio *F* secutus al. monetans *W* 236 patrisare *l* patrizare — negans *V* 237 matura *G* 238 manat flectu *F* fletu al. fructu *W* 240 inreutat corp. *G* 241 lessus *F* 242 quod ait *G* 246 exsat. *F* excatur. *GH* exscat. *VW* 247 cum G compassio mortis al. devotio mentis *W* 248 gemtu coniūge *F* 251 domum om. *V* quod Amos om. *F* — cf. Amos 8, 10.

Ore prophetali concinit, imo Deus:
In lamenta dies festi vertentur: in actu
Verba prophetiae notificata patent.
Invida Tobiam reprobat vicinia, damnat
Obsequium, meritum garrulitate premit:
Mentis inops, audes sepelire cadavera? numquid
Sennacherib gladios commemorare potes?
Iusto proposito Tobias constat, in actu
Iustitiae stabilis fructificare studet.
Ante bonus melior fit et optimus, ardet honestas
Uberior plebis asperiore sono.
Quippe timor Domini probris praeponderat, horret
Murmure plebeio depretiare fidem.
Defesso sudore viro gratissimus hospes
Est sopor, invitat languida membra quies.
Vir fractus torpore toro sua membra supinat
Fessus: hirundo domum circinat, ova fovet.
Proximus est paries, ubi sunt cunabula prolis,
Ut natura iubet deliciosa luto.
Faex oculos caecat dum solvit hirundo tributum
Ventris, hirundineo stercore visus obit.
Sic tentat famulos Deus, ut patientia praestet
Exemplum, quasi sol collaterale iubar.
A granis paleas discriminat area summi
Iudicis, elimat membra, flagellat amans.
Quod fornax auro, quod ferro lima, flagellum
Messibus, est iustis asperitatis hiems.
Vir grates caecatus agit, non murmurat ira

---

252 dixerat *V*   253 utuntur *G*   vertuntur *Ilo*   vertantur *V*   254 prophete *l*   255 invida al. improba (sic *o*) *W*   invidia — vicina *l*   258 Sennacherim *I*   gladi$^{um}_{os}$ *W*   259 iustos *F*   instat *o*   in actus *FGVo*   in actis *W*   260 stabiles *Fo*   261 antea quippe bonus mel. fit et opt. ardet *o*   fit opt. *l*   cf. infra 1829   262 asperire *F*   264 plebeo *F*   266 fit sop. *Il*   267 corpore (*FG*?) *l*   corpore vir fractus *o*   268 circuit *FVo* — cf. 1465   273 si tempt. *G*   fam. tempt. *V*   274 collaterare *F*   275 agnis pal. *G*   ad gravis *l*   disterminat al. discriminat *W*   are *F*   276 eliminat *o*   am̄s (amans?) *F*   277 qu'd (' rasura) *V*   ima *l*   278 messis esse iustos *F*   mensibus *G*   honus *GVWlo*

Nec strepitu: satagit magnificare Deum.
Aspera mellificat patientia, quidquid amarum
 Instat, Elisaei dulce farina facit.
Suadet Elisaeus, ut agrestes conterat herbas
 Israelitarum concio: iussa favet.
Conterit, attritas ollis conservat ad usum
 Victus, inde famem pacificare parat.
Dum gustant peramara stupent; clamatur: in olla
 Mors pater est! Adhibet mella farina patris.
Inspice quid lateat: nucleus latet in nuce; granum,
 Si placet a stipulis eliciatur, adest.
Concio claustralis tibi sit plebs Israel, herbae
 Disciplina, rigor olla, propheta Deus.
Verus Elisaeus dulcorat amara, cicutam
 Mellificat, fragiles roborat, addit opem.
Grata farina datur, humilis patientia, merum
 Nutrix, egregii pectoris alma comes.
Si quid amarescit tibi, si riget ira, farinam
 Hanc adhibe, ridet rixa, cicuta sapit.
Camo vel rigido freno constringe rebelles
 Maxillas asinae discutientis onus.
Est onus ordo gravis, sed honor; maxilla libido,
 Frena rigor, tenor est camus, asella caro.
Tobiae tribus insultat: tibi pessima caeco
 Pro mercede datur poena, cicuta favo.
Hos tibi dat fructus elemosyna plurima, crebri
 Funeris obsequium, continuata fides.

---

280 non *Fo* strepitus *F* trepidus *G* 281 mollificat *GWl* quod quoque amar. *o* 282 Helisaei omnes praeter *G*; *W* helizei facit al. sapit *W* 283 l'bas *G* — cf. II Regg. 4, 38 284 Ismahelitarum *F* facit *V* fovet al. facit *W* 285 coacervat (?) al. conservat *W* in usum *V* 286 et inde *Wo* parat al. studet *W* stude *V* 288 praeamara *VW* 289 in specie *F* aspice *l* 290 si placeat *F* 291 sic plebs *o* isnl'; herbe *F* 293 sicutam *l* 294 mollific. *W* 295 datur om. *V* 297 quicquir *V* arescit marg. amarescit *W* 298 rixa om. *F* rid. ira *V* 299 freno vel ferro *W* rigo — restringe rebellis *F* constrige *l* 300 asini *o* asine al. carnis *l* 301 odor gravis *F* magis illa libido *o* 302 tepor camus *F* tepor al. tenor *W* 303 rebus — cedo *l* pessime *F* 306 obsequio *W*

Increpat hos vir mente ratus, mansuetus abhorret
Probris probra, malis aequiparare malum.
Ad petram satagens primos allidere motus
Irae primitias luxuriare vetat.
In Domino gaudens Dominum moerore sepulto
Laudat, cuius onus est leve, suave iugum.
Immotus, patiens, probris responsa propinat
Paucula quae pietas officiosa iubet:
In Dominum nolite loqui perversa: molestum
Nil puto quod faciat primipotentis apex.
Exspectare decet nos vitam, gaudia cuius
Sumet quisquis amat continuare fidem.
Est haec vita brevis, tenebrosa, sophistica: vita
Est ventura manens, lucida, vera dies.
Quidquid agat Dominus, regnet benedictus in omni
Tempore: laus eius semper in ore meo.
Sic non praevaluit tentatio frangere sanctum
Iob, stabilem casu consolidante virum.
Non quantum natura iubet perversa, sed ultra
Femineos mores condolet Anna viro.
Naturae fragilis morum medicina grabatum
Visitat, et nuclei testa sapore placet.
Mentiri natura stupet dum sponsa marito
Exhibet irata prosperitate fidem.
Integra iura tori servare studet, licet ista
Rara sit agricola deficiente seges.
Sponso compatitur sociali mente, maritum
Sustinet, obsequitur, mulcet, honorat amat.

---

309 ald'e mot. *F* 312 est om. *Ilo* lene *l* sudave *F* s'uave *G* 313 reprobis *FIo* reprobris *VWl* promissa propin. *V* propinat al. ministrat *W* 315 in dominum al. domino *W* noli *F* 316 quicquid agit *W* quam facit *l* omnipotentis *o* 318 continuare al. contitulare *W* 319 haec est *V* sophista *F* 320 futura al. ventura *W* 321 agit marg. agat *W* regnat *l* vivat *V* 322 laus cuius *Wo* semper laus eius *G* 323 hic non *G* vincere al. frangere *W* temptando *V* 324 casum *F* 325 al. perv. iub. nat. *W* 326 alma viro *G* 328 sed nucl. *o* sapore sapit *FI* 330 fide *G* 331 thore *F* lic. illa *V* 333 soc. vire *G* 334 mille (mule? vel tale aliquid) pro mulcet *G*

Militat ad victum quem dat textura, propinat
    Paucula multiplici sedulitate viro.
Tobiae manibus quaesita viatica vitae
    Defert, mens redimit quod minus actus habet.
Dum Phoebo redit emerito, quem sedula defert
    Haedulus auditur percipiente viro.
Quod nequit intuitus denunciat auris, et alter
    Sensus ab alterius perditione viget.
Reddite, Tobias clamat furtiva! videte
    Ne sit praeda: iuvant propria, furta premunt.
Anna dolet, natura redit, se voce fatetur
    Sexus, et obiurgat asperiore sono:
Irrita deperiit tua spes: elemosyna vana
    Quid valeat visus perditione patet.
Tobias geminat gemitus, ancilla doloris
    Fletus unda rigat imbre madente genas.
Plasma patrem, figulum vas, fontem rivulus, aeger
    Deposcit medicum voce, timore, fide:
Iustus es et iusta tua stant examina, summe
    Rex, aeterne, potens, vita, lucerna, salus.
Rex regum, dominus dominantum, cuius amicant
    Verbera, dulcescit poena, flagella iuvant.
Quem memorare nequit mens, ratio noscere, laudes
    Exaltare, loqui lingua, locare locus.
Sub perpendiculo disponis singula, nullum
    Te mediante ratum depretiatur opus.
Non tibi peccantis mors, sed conversio, vita
    Non vindicta, cruor non placet, imo salus.
Grates exhibeo tibi, te caecatus adoro,

---

335 dextra *F* itu prop. *G* 339 quam *o* defer *l* 340 auditor *o* percip. *F* 341 et alit *F* et alti *G* 342 ad alterius *l* riget *F* 344 furta necent *FVl* al. necant *lW* 346 sensus *V* abiurgat *F* obiurgatur *G* 347 elem. vera *F* 349 gemitus geminat *W* 350 fetus *F* fletus et unda *W* madente *l* 351 psalma fratrem *G* 353 iust. est *F* 357 nescia noc'e luades *F* notio nocere laudes *G* nescit noscere *Jo* noscere nescio *V* natio noscere *W* Secuti sumus *l* 359 nollo *F* 360 se med. *l* 361 vitae *Jo* — Post 362 Oratio Thobie (rubr. col.) *W* 363 adodore *F*

3

Damnatus vereor, excruciatus amo.
Ne reminiscaris servi delicta: parentum
Sint peccata licet multa, remitte reis.
Nos nocui, nos transgressi tua iussa, sed aegra
Vulnera non gladii sed medicantis egent.
Non intres in iudicium cum paupere dives,
Cum servo Dominus, cum fluitante potens!
Non intres in iudicium cum pulvere fortis,
Exule rex, stabilis hospite, messe sator.
In vas quis figulus, fabricam faber, in genitum
Quis pater, in stipulam quis sator arma gerit?
Ultio non placeat tibi, sed miseratio: flecte
Iudicium: misero parce, medere malis.
Peccavi, redeo: miserere precor: miserendi
Tempus adest: miseros te refovere decet.
Heu patior refoventis egens, abiectio plebis,
Fabula vicinis, ridiculosa lues.
Heu videor vermis, nec homo, consumere fruges
Natus: vita nocet, postulo morte frui.
Heu vitae taedet animam: derisio factus
Publica posco mori, mors mihi sola salus.
Postulo, suscipias animam: tua sacra voluntas
Fiat, ut optatae mortis amore fruar.
Est mihi vita mori, mors vivere: mors mihi vita
Dulcior est: redolet vivere mortis amor.

---

365 servi peccata *I* parentuata *F* 366 sunt *l* sunt delicta *o* licent *V* demitte *F* meis al. reis *W* 367 alterum nos om. *F* 368 volvam *G* gladiis *I* med. erunt *W* 369—375 369 et 370 om. *F* 369, 372, 371, 370, 373 etc. *V* 369, 372, 373, 374, 371, 370, 375 *o* 372 exul rex fabilis *F* hospite rex stab. exule *G* 373 quas fig. *G* 374 egerat *F* gerat *IVo* 375 placet *F* 377 miserandi *G* 379 obiectio *o* 380 fabala *F* fab. metuis *G* nidiculosa *F* ridiculosa *I* 381 non homo *Flo* homo non *l* cons. natus || Fruges *o* 383 vitae decet *F* desidero factus *l* 384 publica om. *F* sola malus *G* 387 Meminisse videtur Matthaeus Gualtheri versuum in Alexandr. X. 112:

Hic sontes animae passim per plana vagantes
Mortis inauditae torquentur agone, quibus mors
Est non posse mori etc.

Deprecor, aspira: patior, succurre: molestor,
Consolare: sequor, respice: posco, fave.
Sic mortem dolor invitat, sententia mentis
Fronte patet, legitur ore doloris onus.
His precibus similis querimonia consonat urbe
Medorum: loca sunt dissona, tempus idem.
Increpat excessus ancillae Sara venusta
Virgo, cui Raguel est pater, Anna parens.
In fragili sexu species miratur honesto
Nupta; sibi morum forma maritat opes.
Septem nupta viris fuit haec, quos daemonis ira
Pressit, et illaeso vernat honore pudor.
Pressit poena reos, dum carnis amore pudoris
Virginei satagunt primitiare rosam.
Asmo daemonio nomen — pars ultima vocis
Restat, ne videar intitulare malum.
Fiat honore Dei decisio nominis: hostem
Nempe Dei pudor est aequiparare Deo.
Non est ad Belial Domini coniunctio, lucis
Ad tenebras: tmesis hac ratione placet.
A diverticulo repetatur mentio Sarae
Virginis: ancillam dum regit ira riget.
In dominam conspirat atrox ancilla, venenum
Naturale loquax elicit, ista refert:
Infecunda precor vivas et inutilis, expers
Coniugii, damnis obruta, prolis inops.

---

389 te precor *Fl* 390 fave posco *o* 391 sic dol. inv. mort. *V* sententia mortis *Il* 392 fonte *F* 393 simul q̄rundina *G* simul haec quaer. *o* urbem *l* 396 R. pater et Anna *Io* 400 honore puer *V* Pressit poena reos vernat honore pudor
Pressit et illaeso dum carnis amore pudoris *F* 402 rosas *o* 403 asino *F* hasmo *Il* astuo *V* demonii *W* demonis est nomen *l* 405 fiat amore *VWo* al. honore *I* derisio — hostes *F* 406 namque Dei *I* aequivocare *FG*; glossema hoc esse nemo non videt. 407 cum belial *V* belia$^{l}_{n}$ (l rubr.) *W* conventio *VW* 408 temesis *Fl* themesis *GVl* t$^{h}_{e}$mesis (h rubr.) *W* 409 reparatur *F* 410 illa (2 m. in ras.) riget *W* 411 in contra dom. *G* conspirat al. coniurat *W* 413 expres *F* 414 obuta *G* obrupta *l* egens *I*

Poena ream reprimat, pietas divina virorum
Interfectricem fructificare neget.
Innocuam numquid proponis caedere, sicut
Nocte caecidisti prodigiosa viros?
His dolet auditis pia virgo: propheta doloris
Virginei fletus pullulat, ora madent.
Ad famae gemit interitum: ne laesa laboret
Fama, fames mortis impetuosa placet.
Desolata sedet conclavi, moesta cubili
Incubat, et lacrimas continuare studet.
Defluit in lacrimas, iterat lamenta: diaeta
Haec triduana, cibus hic placet absque cibo.
Moesta die quarta Dominum rogat, anxia tales
Eructat gemitu praepediente preces:
Nostrorum pater alme patrum, tibi sit benedictum
Nomen, sit tibi laus, gloria, regna, decus!
Exilio via, vita polo, dux orbe, lucerna
In tenebris, pelago nauta, labore quies:
Principium sine principio, sine fine: priorem
Tempore te series temporis esse stupet:
Spes sine defectus offendiculo, sine nube
Sol, sine dissidio pax, sine nocte dies:
Te colo, laudo, voco, rogo, diligo, posco, timore
Affectu, precibus, spe, pietate, fide.
Quippe viae tibi iudicium, miseratio, verum
Sunt: verus iudex es, miserere precor.

---

415 reprimit *o* 416 vetet *V* negat *lo* 417 cetere *G* credere *l* sitit *F* 418 occidisti *Io* 419 proph. pudoris *V* 420 virgine — pullat *G* 421 ne fama laboret || Laesa *I* 423 sede — mesta labori *F* mesto *l* 424 accubat *o* lacrimis *V* 425 diaetat *F* 426 haec plac. *G* plac. hic (his *l*) cibus *Ilo* 427 quarta — talem *F* rel. quarto; illud reposui ex Hieronymo. 428 perpediente *l* 430 sit laus tibi *F* 432 pel. vita *F* nota *l* 434 te quo series *F* studet *l* 435 2 m. add. *W* 436 sol disc. *V* dscidio *GV* desidio *l* sine nube dies *o* 435 et 436 Spes sine disidio pax sine nocte dies
Sol sine defectus offendiculo sine nube *F*
437 te (2 m. add.) laudo *W* te laudo, voco te rogo *l* 439 miseratio vm *F* mis. nostri *o* 440 si verus *G* iustus judex *V* mis. mei *W*

Exsultas venia, non iudicio, pietate,
Non nece: non gladius sed medicina placet.
Absolvas precor innocuam de caede virorum
Obiecta: scelus hoc purificare velis.
Nupsi non stimulo carnis, nec amore virilis
Contactus: remove crimina, parce precor.
Parce precor, quia malo pati discrimina vitae,
Quam famae vitio sordidiore premi.
Parce precor, quia, ne patiar dispendia famae,
Interitu cupio commodiore frui.
Scrutaris renes et corda Deus: patet omne
Cor tibi: mens loquitur, notificatur opus.
Scis me summe pater immunem sanguine: caede
Nec volo nec volui commaculare manus.
Sunt tua iudicia, iustissime rector, abyssus
Multa, nec humanae cognitionis egent.
Flores post hiemem, mel post absinthia, risum
Praestas post lacrimas, post tenebrosa iubar.
Cur cecidere viri scis, nescio: forte maritum
Vis alium salva virginitate frui.
Vitae malo statum labi, quam labe reatus
Fama labet: cesset poena, reatus eat.
Largitor veniae, rex summe, salutis amator
Et dator, obiectum crimen abesse iube.
Es mihi sola salus, mihi sola medela: vel aufer
Criminis obiecti probra, vel adde mori.

---

441 exaltas *l* 442 nec nece *F* gladus *V* 443 me innoc. *F* 445 stimulis *V* 446 contractus *FW* 447 dispendia vitae *F* dispendia al. discrimina famae *W* 448 famam *FG* prime *l* 449 patier *l* disp. vitae *I* 450 mori *FGVo* 451 scrutans corda Deus et renes nam p. omne *o* 452 notificaror opes *F* testificatur *W* et *l* (sed Schol. notificatur) 453 summe Deus in munere *G* 454 non volo *GV* 455 iustissima *V* 456 conditionis *V* 457 hyeme *G* risus *V* praestas || Risum *I* 458 praestans *F* post lach. praestas *l* 459 cui cecid. *G* 461 quia labe *o* 462 vita lab. *I* labat *Fl* cessat *l* erit / obit *W;* reliqui praeter *l* omnes erit 463 largior *F* 464 et dolor *l* al. abesse velis *I;* sic *V*

Affligor, miserere: premor, defende: laboro,
Subvenias: crucior, protege: laedor, ades.
Nescit abesse Deus in se sperantibus: aegros
Visitat, elisos erigit, arcet onus.
Impetrat auxilium pietas: pia virgo perorat
Et senior: redolent cordis odore preces.
Est accepta Deo praefata querela, duorum
Fiunt vota, salus unica, plaga duplex.
Coelo missus adest Raphael, qui vulnera sanet
Amborum, redimat probra, propinet opem.
Tobias Domino grates agit: ut moriatur
Credit apud Dominum convaluisse preces.
Displicet hinc mors grata patri, quia gaudia prolis
Discutiet mortis perniciosa dies.
Quippe pater vernat prolis pietate: dolorem
Laetificat prolis gratia, prolis honor.
Patrissare studet Tobias iunior: horti
Delicias rosulae testificatur odor.
Messis agrum redolet, radicem virgula, fontem
Rivus: messis agro, messe probatur ager.
Lampas luce micat, lux lampade: patris honore
Praeradiat proles, prolis honore pater.
In fructum renovatur ager, rosa primula spinam
Festivat, redimit plantula grata semen.

---

467 precor def. omnes; premor coniectura est mea, quam firmare deinde vidi Cod. *W* 468 cucior *G* ledor / labor *W* 472 redolet *l* cordis amore *I* 473 est accepta / audita *W* praefacta *I* 474 finit *Go* plaga / plena *W* 475 sanat *W* 476 redimit *W* proinat *F* propinat *Wl* 477 gr. ait *G* 478 apud Deum *Fo* 479 displ. huic *l* *h'* (hic? hinc?) *GV* t huic *W* 480 n 2 m. / perviciosa *G* 481 quippe pater patria om. *F* vernat piet. dol. *FGWlo* 482 netificat — prol. novor *F* prol. amor *Il* 483 patrizare *V* orti *FGVW* 485 radices *o* ungula *G* 486 mess. agrum *o* 487 honore (al. m.) *V* 489 rosa pinula spi *G* spinam om. *F* 490 festinat *Gl*; cf. 21 redimi *l* semen *o* rel. senem

Dum recolit prolem pater et primordia sacrae
  Indolis, emergunt gaudia, vita placet.
Dum sponsae memorat opprobria, gaudia mergit
  Moeror, amor vitae languet, obire sitit.
Sic dubitat, sic mortis amor cum prolis amore
  Disputat, et pugnat cum pietate dolor.
Non sibi sed genito genitor vult vivere: quamvis
  Amplius esse neget, non negat esse pater.
Mors et vita placent; genitori vita, dolenti
  Mors placet: a patre mors, vita dolente fugit.
Sic vitam probat et reprobat: negat, appetit: horret,
  Flagitat: infestat, eligit: odit, amat.
Allegat pro morte dolor, natura perorat
  Proli: sic fluitat inter utrumque pater.
Mors tamen hac ratione placet, quia praemia sperat
  Emeritus, sperat coelica regna patris.
Orbe peregrinus patriam sitit, ut patris aede
  Exilium mutet, hospitiumque domo.
Sperata mercede natus contagia mundi
  Respuit, ad coelum praemeditatur iter.
Ergo vocat natum, qui patris gloria, patris
  Est speculum, patris sollicitudo frequens.
Ut putat optata certus de morte, vocata
  Prole, suae domui dispositurus ait:
Nate precor, mea iussa libens intellige: patris
  Expedit in fructum fructificare preces.
Nate, cavenda cave, seqtare sequenda, relega
  Crimina, vas mentis purificare stude.
Spinis et tribulis purgare novalia debet

---

492 gaudie *F* gaud. moeror obit o 493 cum sp. *G* sponte *l* 494 mero *F* vitae sordet *G* cupit al. sitit (rubr.) *W* 498 esse negat *GVWo* 499 dolent *l* 500 a patre vita (om. mors) *Flo* 501 hic vit. *G* 502 diligit V elicit *o* 503 perora *G* 505 gaudia sper. *V* 507 ñ (non) patria *F* 508 mittet *F* 509 m'ede — mudi *F* 510 praemediatur *F* 511 necat *G* glor. matris *o* 512 patris est solli ci/tudo sui al. frequens *W* 513 et put. *Gl* optatam *F* vocata om. *F* 514 pr. sic dom. *o* Caput III. *o* 516 in factum *FGPo* factum/fructum *W* cf. 562. 518 fructificare stude *F*

Qui serit, ut semen fructificare queat.
Purga vasa: nisi purges liquor omnis acescit
Infusus: pereunt semina, messis obit.
Cede malis, cole virtutes: sic floribus hortus,
Messe redundabit area, spina rosis.
Spina nocens desit ventosa superbia merum,
Prodiga nequitiae fomes, origo necis.
Desit avaritiae faex, cui sua deesse stupescit
Copia nuda, sitis ebria, plena fames.
Invidiam fugias, quae nata nocere, dolere:
Laeta, dolet laetis, commoda visa premit.
Respue luxuriam, quae prodiga sanguinis, hostis
Est animae, fragilis carnis amica nocens.
Parvulus ad petram furor allidatur, ut ira
Sopita pereant schismata, regnet amor.
Numquam crede gulae, cui crapula servit, obedit
Gustus, adulatur suavis in ore sapor.
Effugias avidae mentis contagia, vitae
Taedia: divini muneris esto memor.
Sis humilis, largus, miserator, castus, abundans
Pace, modo, iure, munere, plaude Deo.
Insere virtutes: decisis sentibus, horto
Purgato poterunt fructificare rosae.
Hoc precor, hoc iubeo: toto conamine, tota
Ex anima, toto dilige corde Deum.
Ut legi faveas, tibi sicut ameris ametur
Proximus: ex primo pendet amore sequens.
Sabbata devotus recolas, ut praecipit alma

---

520 semem *l* furtif. *F* 521 accescit *F* arescit *G* acessit *o* 522 abit 2 m abest obit 1 m *W* 523 cede a malis *F* malum *G* cede virt. *l* ortus *FGVW* orthus *l* 524 messi *F* 526 prodigia *F* 527 qua sua *W* et *l* sed Schol. cui 529 natata *l* dolere *FGo* 531 despice lux *P* hostes *G* 532 carnis frag. *l* 533 elidatur *P* 534 sospita *l* 537 avidiae *F* 540 parce *l* vibae mun. (*FG?*) *IWo* 541 discisis — ordo *F* orto *GPVW* 543 hoc moneo *Io* cogn. *I* 545 e_x^t legi fav. et sicut *G* legis *V* amaris ametur *GVW* 546 a pr. *H* sequendus *F* 547 devote *o* recoles *Wo*

Lex: servile dies festa releget opus.
Et patris et matris potiaris honore: tenorem
Vitae multiplicat hac pietate Deus.
Non interficies: numquam moechabere: furtum
Non facies, falsum testificare nihil.
Non cupidum faciat aliena pecunia: nullum
Damnis alterius luxuriare decet.
Sponsam non cupias quam duxit proximus, imo
Floreat illaesus proximitatis amor.
Haec legis praecepta decem, nisi fallor, habere
Ex patrum veterum traditione potes.
Haec aliis facias quae scis tibi commoda: nulli
Fac, quae facta tibi perniciosa times.
Tres reor ancillas operis, congressio quarum
Quamlibet in fructum fructificare facit.
Tertia si desit, aut commoditate carebit,
Aut semiplenum destituetur opus.
Quidquid agant homines, prior est ancilla voluntas,
Propositi facti praevia, mentis iter.
Haec inter socias prior est, operique sororum
Primum praefigit officiosa gradum.
Inde secunda subit consulta licentia, quidquid
Expediat licito conciliare studens.
Tertia propositi consummativa facultas
Supremam satagit conciliare manum.

---

548 festa om. *V* relegat *FWlo* 550 hac ratione *V* 551 interficias *Wo* 552 facias *Wo*. Condonandum Matthaeo, quod de Praes. Conjunct. transit ad futurum tempus. Facit sine dubio propter rigorem harum legum. 553 faciet *F* facias *P* 554 alter. damn. *P* 556 flor. messis *l* 557 haec relegens pr. d. ni fall. *o* 558 veternum *G* 559 facies *P* fac. al. *W* quae vis *G* qui scis *V* om. h. vers. *F* 560 pern. putes *P* 561 operm *V* 562 Secuti sumus *l* qualibet in l'fructum / factum *F* qu r/u †† licet ī f ras/†† fruct. *G* (†† ras.) quodlibet *I* quodlibet in semen *P* quemlibet *V* quaelibet in factum — facit/parat *W* quaelibet infectum *o* 564 destitu e2an./atur *W* 567 his inter *F* 570 al. conveniat *I* licite *W* consociare *Io* conciliare *P* continuare *l* studet *FGl* selet al. studet *W* 571 consummativa al. consummatura *W*₁ 572 consil. *GW*₁

Haec tria, quidquid agas, cole: concurrentibus istis
Quodlibet humanum fructificabit opus.
Effuge tres hostes animae, versutia quorum
Perversis triplici perditione nocet.
Tres hostes animae, daemon, caro, mundus, acerbant
Insidiis fructus spiritualis opes.
Est caro defectus ancilla: sophisticus hostis
Mundus: apostatici daemonis ira riget.
Mundus spondet opes, regnat cognata voluptas
Carne: superstitio daemonis arma gerit.
Mundus avaritia tentat, caro saevit hiatu
Luxuriae: latriam daemonis ira premit.
Proditor est animae daemon, seducit ocellos
Mundus, adulatur renibus aegra caro.
Mundi sperne rotam: caro contineat: cole toto
Corde Deum: tria sunt tela, medela triplex.
Carnem frange, iuvat: carni blandire, minatur:
Hanc affige, favet: huic famulare, necat.
Sunt carnis famulae tres: lubrica lingua, soluti
Renes, ingluvies ambitiosa gulae.
Renes vana petunt, gula devorat, ebria lingua
Palpitat et currit labiliore nota.
Est duplex hominis motus: caro, spiritus: alter
Alterius pretium depretiare studet.
Spiritus est sponsus, caro sponsa: domesticus hostis
Sponsum sponsa premit proximiore dolo.
Militat adversus animam caro noxia: sponso

---

573 ages *V* haec cole quicquid agis quia conc. istis al. haec tria etc. (ut nos) *W* 574 fructificatur *W* 575 quarum *Fo* 576 nocet *F*; rel. nocent voce (vel rote?) *G* 577 hostes hominis *FVI* hominis hostes *G* hominis al. animae *W* caro daemon mund. *o* al. hominis mund. car. daem. *I* Post caro duo verba erasa sunt *G* 578 spirituales *G* opus *F* 579 domesticus al. sophisticus *W* 581 voluntas *F* 583 avaritiam *G* tentant *o* 585 daemone *F* daem. an. *o* 587 totam *G* 588 med. tibi *o* 589 ramatur *F* 590 hinc fam. *G* fam. negat vel nocet *F* 591 carni *W* solet *F* 594 excurrit *GVW* laberiore *I* liberiore al. labiliore *W* 596 cupit *V* 598 sponsa pr. sponsum *I* prox. male *V* 599 caro om. *F*

Sponsa nocet: sponsae sponsus amicat opem.
Haec nocet, iste docet: haec destruit, hic struit: iste
Praemiat, haec cruciat: haec premit, iste gemit.
Si rerum iubar expedias, est spiritus Adam,
Eva caro sponsi perniciosa comes.
Eva nocens Adae pomum praesentat, amicat
Blanditiis, palpat munere, fraude nocet.
Alludit caro spiritui, blanditur, inescat,
Palpat, adulatur, pollicitisque ligat.
Quam caro spiritui dat delectatio, pomum
Esse potest: pomum mordet avara caro.
In pomo tria sunt: odor et sapor et color: imo
His tribus allicitur ambitiosa caro.
Laudis odor, tactus sapor, et color oris amoeni
Sunt in carne, quibus illaqueatur homo.
A morsu vetito mors dicitur: omnia mordens
Nominis exponit significata sui.
Pone merum, talos, caro noxia clamitat: audit
Et dolet offendi spiritualis honor.
Spiritus exclamat: crucifige ream, crucifige
Carnem: templa Dei destruit aegra caro.
Spritus expugnat carnem, ne sponsa maritum
Laedat et infligat collaterale malum.
Est carni cognata Venus, iactantia, fastus,
Ambitio, livor, crapula, rixa, dolus.
Ventre saginato Veneris suspirat ad usum
Carnis amica caro, carnea membra petens.
Victus sobrietas dat grata remedia luxus
Et Veneris: paucis utere, luxus obit.

---

600 sponsus nocet *I* opes *V* 601 iste doc. *I* dolet *Go* hic instruit *G* 602 ille gem. *FVlo* I gem. *W* 603 verum *I* om. *F* experias *V* 606 palpitat *F* 607 blandescit *P* 608 ligatur *G* blanditiisque lig. *P* 610 amara caro *FGo* 611 sunt tria *F* calor *G* col. et sap. *Po* et mino *F* 614 illaquetur *F* 615 ducitur al. dicitur *W* 616 exponens *GV* 617 mer. et tal. *GI* tal. mer. *F* 618 ostendi al. offendi *W* 619 crucif. rena *F*, ortum ex abbreviatura ambigua rēā 621 expugnet *PWo* 622 infigat *VI* 627 rem. anxus *G* 628 pacis *G*

Spiritus excludit vitium carnale: propinat
Vitam spiritui mortificata caro.
Asserit ut Salomon tria sunt, confusio quorum
Excludit fragiles commodiore domo.
Haec tria sunt fumus, aqua stillans, noxia coniux:
Sub palea granum spirituale latet.
Est aqua consuetum scelus, ignorantia fumus:
Coniux esse potest nata nocere caro.
Nate precor, desuesce malis, cole dogmata, carnem
Refrena: tria sunt damna, medela triplex.
Septem sperne, Deo quae sunt odiosa, supremum
Detestatur: habes ex Salomone fidem.
Scilicet haec: oculi sublimes, lingua dolosa,
Sanguinis innocui caede cruenta manus;
Additur his cordis meditatio pessima, proni
Ad mala discursu labiliore pedes:
Testis falsidicus, quod detestabile constat
Esse Deo, fratrum schismata saeva serens.
Non in carne tibi fuerit fiducia, carnem
Comprime, ne reprimat te vitiosa caro.
Si quis materiam perpendat originis, unde,
Unde supercilium tollitur, unde tumor?
Est caro vas luteum, vas lamentabile, foenum
Aridulum, fragilis glebula, saccus olens.

---

629 excludat *FG* 631 selemon *V* versutia quor. *IPV* confusio al. versutia *W* quorum om. *FG* cf. supra 561 congressio, quod et hic legi malim. Schol.: confusio i. e. malitia — cf. Proverb. 27, 15 633 fumi *F* cf. Liber Faceti, in ed. anni 1511 (nobis *l*) fol. g. VII: A fumo, stillante domo, nequam muliere
Te remove, tria sunt, quae possunt valde nocere.
636 natura nocere *F* 637 desuesce *Io* rel. dissuesce 638 sunt delamedere *G* medere tribus *VWo* frena nam tria sunt damna medella tripl. *I* 639 odiosa sompnum *G* 640 cf. Proverb. 6, 16—19. 641 hoc *o* (*FGI*?) 644 decursu *FV* discendi (2 m. in ras.) *W* liberiore *FVWo* libiore *G* laberiore *I* 646 sessmata (?) *G* ceva *F* ferens *Vl* 647 fuit *G* 649 perpendit *FGVo* perpendat mat. *W* 650 t$^{u}_{i}$mor *G* timor *l* tum. tollitur *F* 651 est homo *F* puteum *l* lamentale, venenum *o* 652 gelbula *F*

Carnis vita labor, carnis conceptio tabes
  Menstrua, putredo finis, origo lutum.
Sperma prius, modo saccus olens, post vermibus esca
  In tumulo: quaque dote superbit homo?
Es sapiens? marcet sapientia morte: redundas
  Divitiis? lapsu mobiliore fluunt.
Es probus? exspirat probitas: es honestus? honestas
  Labitur: es fortis? fortia morte cadunt.
Regreditur cinis in cinerem, resolutio carnis
  Monstrat principii materiale lutum.
Hostes ne timeas: tua circumcidere debes
  Membra Deo: quod obest emutilare stude.
Ne vanum videas, oculos averte, fenestris
  Ne patulis mortis ingrediatur hiems.
A labiis expelle dolum: meditatio cordis
  Conspectu vigili iudicis oret opem.
A lapsu diverte pedes: vaga lumina flecte
  Ad lacrimas: animam, ne moriatur, ama.
Vas figulum laudare stude: mens concolor ori
  Consonet, ut laudem confiteatur opus.
Se laudi conformet opus: nisi facta marites
  Verbis, verba nocent frivola, fructus obit.
Turtur ad ascellas rostrum deflectit: in actu
  Sermones sapiens fructificare facit.
Est laus sacra Dei via vitae, coelica vita
  Laudatoris, honor plasmatis, hostia onus.
Laus divina iuvat, labiorum fit labor hospes:
  In reliquis studeas magnificare Deum.

---

653 deceptio *W* 655 quoque saccus *F* 656 quaqua *FIW* quam qua *G* quanam *o* quaque *l*; Schol.: que pro et qua dote i. ratione. — docte *I* tumescit *F* 657 marcet *G* redundans *GWl* 660 fontis *o* cadent *F* iacent *GFWl*, sed Schol. cadunt 662 principium *F* 664 enucliare studet *F* 665 videant *l* 668 vigilet (*G?*) *VWo* 669 pedem *F* 670 a lacrimis — ne morietur *G* 671 studet *I* 673 confirmet *I* maritas *l* 674 verba iacent *W* abest *F* obest *I* obit obest *W* 675 turture ad iscellas *F* assellas *IV* axellas *W* asilas *l* reflectit *W* 679 vivat *o* laborum *l* sit *o* (sic?) *G* 680 Dominum magnif. stude *o*

Lubrica fortunae non te premat alea: vivas
Maior in adversis, prosperitate minor.
Quanto maior eris, malis descendere: vivas
In magno minimus, in dominante cliens.
Ut tua sis pronus ad proxima commoda, supplex
Alterius plausu plaude, dolore dole.
Sperne malos, cole prudentes, compesce rebelles,
Da miseris, sontes argue, parce reis.
Quidquid agas, numquam vitio mergatur honestum,
Fama lucro: rebus praeficiatur honor.
Sit tibi iuris amor, timor exitii, pudor almus
Criminis, innocuae simplicitatis honor.
Sit tibi lex Domini requies, caro victima, mundus
Exilium, coelum patria, vita Deus.
Sis bonus et redolens famae dulcedine, morum
Lampade: vita dolet moribus orba mori.
Sis pius obsequio, fecundus dogmate, suavis
Alloquio, stabilis mente, favore placens.
Pax iram reprimat, fastum patientia, luxum
Sobrietas, odium gratia, probra decus.
Si quaeratur honor onus intricetur honori:
Quaeris opes, ad opus fructificare petunt.

---

681 *o*: 683, 682, 681, 684. 682 maiori *l* 683 quanto a[or] (?) *W* discendere *V* discedere *l* 684 in m. minus *F* in dom. minor *lo* 685 sit — supples *l* commoda prox. *V* prox.[b] comm.[a] *W* 687 composse *F* 688 sontes respue *GWl* respue vel argue *F* 689 vitio numq. *V* honestas *Vo* honestum al. tas *W* 690 perficiatur *G* 691 exitiit *l* pud. exitii *W* 692 simpl. amor *IVW* 695 si bonus *l* 697 obsequiis *I* f[a/e]cundus *W* facund. *lo* suuis *V* 699 fast. sapientia *V* 701 immergatur *F* onus nitetur honor *G* intrincetur *I* intrincatur *V* instringatur *W*. Schol. „iungatur — misceatur.“ — Nisi forte mendum aliquod latet. Certe nihil eorum quod affert Du Cange, in nostrum locum quadrat; interpretatur ille: „impedire, ἐμπλέκειν, in tricas coniicere.“ — Ceterum in locis ab illo s. v. allatis eadem fere est scripturae diversitas — Fortasse *intricetur* reponendum; sententia paulo obscurior, quam de qua certum aliquid proferre ausus sim. 701—708 *W* eodem ordine habet quo nos, nisi quod om. v. 703; 704: Iste versus non est de textu 2. m. marg.; singuli versus notati sunt literis *c d a b e f* 702 fruct. volunt *P*

Quaeris opes? inopi fer opem: veneris honorem?
Sic quaeratur honor, ne fugiatur onus.
Si quaerantur opes, tribuas ut oportet egeno:
Dives opum fer opem, sic operantur opes.
Si delectet honor, onus adiacet, exigit esse
Fructus honor oneris, fructus honoris onus.
Sic quaeratur honor, ut onus restringat honoris
Delicias, oneri compatiatur honor.
Nubat honor oneri, nec onus blasphemet honoris
Praesidium, nec honor diffiteatur onus.
Te non excruciet census, sitis ebria, cuius
Pullulat ex gustu multiplicata fames.
In cupidis sitit ebrietas, praesentia desunt,
Quaerit habens, inhiat copia, plenus eget.
Heu! quid pro croceis affectat stercora, morum
Prodigus, et servus ambitionis homo?
Heu! quid opes opibus cumulat? quid propria quaerit,
Cum se nemo queat appropriare sibi?
Nil posessus habet: quia quisquis habetur, habere
Nulla potest: se non possidet, ergo nihil;
Servit habens habitis, nec habet, sed habetur: avarum
Census habet, domino praedominantur opes.
Iure poli, non iure fori communia constant
Omnia, libertas unica, parque status.
Iure poli proprium nihil est: a iure forensi

703—712 Ordinem horum versuum restitui ex *F* qui integrum sic servavit et ex parte ex *GW* et *l* Scilicet *G* post 712 iterum habet 703 et 704: *l* vv. 705 et 706 ponit ante 703 et 704; *IPVo* 703 et 704 collocant post 712. Jam videamus de singulis. 704 sic habeatur honos *FGW* si quaer. *IPVo* non fug. *IP* 705 ubi oport. *P* egenis *o* 706 fert *l* 707 delectat *FIPWl* diffectat *V* esse om. *F* 708 fr. honus honeris *F* 709 si quaer. *Io* onus ut instringat *W* 710 del. honeri *F* del. oneri nec onus blasphemet hon. *G* 711 ut onus bl. *F* nec onus tibi poscat honoris *P* 712 ut honor diffiniatur *F* inficietur *l* Redeunt 703 et 704 *G* 713 excruciat *F* excutiet *Wl* 714 pullat *W* 715 sitis *GV* 717 affectas *Io* 718 ambitiosus *V* 719 cumulas — quaeris *Io* 721 nil processus *F* nam quisquis *P* quisquis — suprascr. rubro col. quicquid *W* quicquid *V* 722 non se *V* sed non *l* 723 si habetur *G* avarus *Io* 724 sensus *F* 727 sed iure *o*

Improbus emergit proprietatis amor.
Ambitio partitur opes, communio prima
Exspirat, paritas disparitata fugit.
Cum nequeas tuus esse, tuum nihil est: suus esse
Nemo potest: igitur nil reor esse suum.
Rebus ab humanis excludit propria claudens
Omnia pugillo Primipotentis apex.
O felix, sed felici felicior omni,
Quem sibi Primipotens destinat esse suum.
O felix, quem summus habet pesessor, haberi:
Sic praeit omnimodae proprietatis opes.
Rursus nil homini proprium permittit habere
Mortis hiems: vitam terminat, aera rapit.
Mortis ad occursum cessat possessio, transit
Ad dominos, et habens et quod habetur abest.
Servus avaritiae sibi non dominatur: abutens
Arbitrio proprio proprietate caret.
Sic tria depropriant proprium: divina potestas
Claudens cuncta, iugum mortis, avara lues.
Cum proprium nihil esse scias, est danda facultas;
Quaeque retenta nocent, particulata iuvant.
Dispensa quod habes, ut consulit usus; ad usum,
Non ad avaritiae pabula confer opes.
Da nudis, da pauperibus: te pinguibus uti
Non decet in membris esuriente Deo.
Quatuor haec cognata datis sunt: causa, voluntas
Dantis, cui dederis, materiesque dati.
Cui dederis sit egens: te cognoscente voluntas
Gratia: materies propria: causa Deus.
Affectus praeit effectum: non aspice quantum,

---

728 emergat G prosperitatis I 729 convivio prima G 730 disperiata V 732 ergo V 734 prim. honor GVW apex vel honor P 738 sic non praeit l sic poterit commodae pr. o proprietatis al. prosperitatis W 739 haberi G habere al. amare W 741 occursum al. adventum W cessit G 746 excludens V rogum mort. o amara FGV 747 sciat V 748 nocet — iuvat FGP 750 non avarit Io publica V 751 da ping. l 752 dedecet GPV; al. non decet W 754 dati al. rei W 756 grata lo 757 parit G Om. h. v. F

Sed fluat ex quanta sedulitate datum.
Non tibi quid dabitur, sed cur, intellige: sola
Sola voluntatis forma monetat opus.
Obsequio refovetur amor, quia verus amicus
Dantis in affectu, non datione, patet.
Nonnumquam fuge quod dabitur: susceptio doni
Arbitrii vendit liberioris opes.
Saepe repulsa iuvat, nocet impretare: repulsa
Liberat arbitrium, munera sumpta ligant.
Venditur arbitrium, dum vivitur ex alieno
Sumptu: pane tuo vescere, liber eris.
Si locus est, plerumque datum non respue: quippe
Si fugis oblatum retribuisse negas.
Donis dona dator qui poscit, adulterat instar
Foenoris, aut speciem venditionis habet.
Da cito, da gratis gratum, ne gratia fiat
Venalis: grato munere gratus eris.
Denigrat meritum dantis mora: sed data raptim
Munera plus laudis plusque favoris habent.
Gratius est iamiamque datum, meritique noverca
Esse solet dantis desidiosa manus.
Sic des pro modulo census, ne prodiga dandi
Virtus in vitium collaterale ruat.
Largus eris, dans digna dari: dans digna teneri
Prodigus: ut capias grata, nociva cave.
Parcus eris, retinens quae censet digna teneri

---

758 a quanta *Po* es quanta *l* sedulitate subscr. solidtate *W* 759 quid detur *o* 760 voluntas for. moveat *F* moveat *l* 761 renovatur amor *P* obseq. reparcût[2] (? verbum est quod equidem legere non valeo) *W* verus amor *F* 763 numquam — d'ni *F* suspectio *P* dona *G* 764 vendet *V* 765 iuvant l impetre *G* impetrata *V* imperare *l* Inter 769 et 770: al. saepe repulsa noce[t] munera capta fluunt 2 m. *W* 767 vivitur dum ex *l* 769 sit locus est plerum dat. *F* plurimumque *G* respice *P* 770 qui fugit — negat *l* retribuere *F* 771 possit *F* 773 gratum gratis *Flo* 775 et 776 om *G*; post 777 et 778 collocant *lo* 775 factaque raptim *Vo* 776 valoris *F* decoris *I* 777 cito iamque — mentique *F* 777 et 778 ponunt ante 775 et 776 *VW* 783 procus *F* parc. eis *l* digna praeberi *W* Post 784 *o* inserit hunc versum

Vacat pro modulo census, ne prodiga dandi

* * *

Usus: avarus eris, distribuenda tenens.
Prodigus excedit mensuram, largus honori
Servit: fructificat parcus, avarus eget.
Sit tua larga manus, non prodiga: parcus, avarus
Esse cave: spreto cortice grana metes.
Pauperiem consulta regat patientia: pauper
Succincta studeas sobrietate frui.
Pauper delicias fuge, pauperis exigit esse
Simplicitas humilis ingeniosa comes.
Consule quid moneat rugosa crumena, monetae
Nescia, ieiunis faucibus aera petens.
Haec tria displiceant: lasciva senecta, coacta
Latria, pauperies deliciosa petens.
Paupertatis onus honor est patientibus, imo
Semina virtutum commodiora facit.
Non defectus opum, sed desperatio confert
Pauperiem, mentis deficiente statu.
Non rerum cumulus sed sufficientia mentis
Ditat: sufficiant paucula, dives eris.
Da Domino grates in paupertate: grabato
Si iaceas celebra sospite mente Deum.
Spe lucri Dominum noli rogitare: videtur
Gratia venalis emolumenta petens.
Ut nos pro nobis amat, amplexatur: amari
Sic pro se Dominus vult nec amore lucri.
Da laudes Domino iucundo tempore: lauda
Turbine fortunae flebiliore Deum.
Laus meritum damnat, dilata noverca favoris
Est mora: tolle moram ne moriatur amor.

---

785 extendit *Io* 787 sit tibi *o* 788 sumpto cort. *Io* gr. legens *P* metas *o* 789 consultam r. prudentia *G* sapientia *V* prudentia al. patientia *W* 790 sue cincta *G* succincta al. sollicita *W* studeat *V* 793 crum. movere *G* 794 ieiuniis *l* ieiuna *o* 797 vividiora *G* vivid. al. multiplicare *W* 802 ditant *o* 803 gravatus *W* 804 sospita *o* (et *I*?) 805 sepe luc. *l* noli laudare *F* noli dom. al. Spe lucri dominum nolito rogare *W* 806 sequens *l* 807 amplexatus *F* 808 se pro se *W* sic dom. pro se *l* 809 dom. laudes *Fl* da laudem domino al. da domino laudes *W* 811 laus mundum *G* l. damn. mer. dilecta *F*

Si bona cepisti Domino praestante, malorum
Articulo nolis insimulare Deum.
Fac ut ameris: ama quos fructus amoris amicos
Praedicat: est bravio dignus amoris amor.
Fructus amicitiae redimit dispendia vitae
Flebilis, exilium gratius esse facit.
Est sine melle favus, sine messe seges, sine fructu
Arbor amicitia coniuge vita carens.
Dulcis amicorum vernat congressus, honesti
Nulla superfluitas foederis esse potest.
Sis placidus placidis, recolentes te cole, iusto
Iusta relativo gaudet amore fides.
Sunt in amore gradus tres, triplex gratia: fundat
Prima, secunda fovet, tertia firmat opus.
Fundat origo, fovet progressio, foedus amico
Obsequio solidat continuata fides.
Prima serit foedus, rigat altera, tertia messem
Siccat et horreolo conciliare studet.
Nutritura triplex tenero tribuatur amori
Te duce: ni foveas semina, messis obit.
Foedus alit morum par gratia, par studiorum
Usus, in obsequiis alterutrata fides.
Quinque precor famulos rege, quos natura ministros
Usibus humanis officiosa dedit:
Visus, odoratus, auditus, tactus, amicus
Gustus: ventris opus officiale gerunt.
Si quis adulatur sensus ne crede: maligno

---

813 si bona fecisti *l* 814 nobis *F* noli *IV* dissimulare *I* sollicitare *l* 815 fac quod *o* amaris — amori amicos *F* amoris amato *V* 816 et bravio *P* brabio *o* 817 redimi *G* 818 fl. excm̄ *F* exicium *V* esse solet *o* 819 sive messe *o* 820 amicitiae *G* 821 congressus vernat *P* cf. 1427 822 potest al. solet *W* 823 iusti *F* iusta *GVWl* 824 gaud. honore fid. *FVW* 825 fundit *F* 826 secl'a fov. *G* 829 ferte *G* ferit *o* 830 horredo *G* consiliare *FGl* al. continuare *I*; sic *V* consil. al. continuare *W* 831 tripl. tenon *G* 832 ī fove *F* semine *l* 833 alunt *Go* 834 in alterutris alt. *G* in obsequium *W* et obseq. *o* Repetit *o* verss. 813 et 814 sic: Qui bona etc. 835 qn̄que pr. — ministris *F* 836 visibus *I* 838 officialem *G* gerant *o* 839 non er. *Fl* nec cr. *o*

Saepe ministerio servus acerbat herum.
Corporis excubias dum servat visus, abutens
Officio, mentem vulnerat, urget herum.
Visus obest: oculus legatus amoris, adulter
Mentis, opes animae depretiare studet.
Interius Babylonis opes, redimicula mundi
Nunciat in mortis damna fenestra patens.
Carnem deliciis corrumpit, inebriat, unde
Prodit avarus amor, prodit avara lues.
Nonnumquam nocet auditus, dum percipit auris
Non credenda: fides impetuosa nocet.
Tactus adulator fallit, dum vendit amanti
Plana superficies quae scabiosa latent.
Gustus edax, ventris venator, praedo crumenae,
Irato vacuas increpat ore manus.
Laedit odoratus minus his: sine crimine sensus
Hic, sibi collatis fratribus, esse potest.
Hos famulos cogas tibi deservire: ministri
Imperium domino dedecus esse potest.
Sit tibi vita decens, discretio provida, iustum
Consilium, stabilis actio, fama nitens.
Est famae pretiosa fames: si fama laboret,
Vita labat, pretium labitur, alget honor.
Gratius est meritum famae quam fama: potiri
Imperio minus est quam meruisse decus.
Est gravius meritum poenae, quam poena: necari
In cruce credo minus quam meruisse crucem.
Famosos recolas mores: infamia mortis

---

841 servet *Fo* 843 et 844 ante 841, om. v. 842 *V* 842 obsequio *I* 843 oculis *W* legat amoris *G* 843—846 om. *F* 846 petens *G* 847 inde al. unde *W* 848 amarus *G* amara lues *FGPV* avarus al. amarus — amara al. avara *W* 849 h' numquam *G* aure al. auris *W* 852 plena *FV* 853 est gust. ventris *V* praeda *F*. 856 his sibi *GI* tibi *l* 857 et 858 2. m. marg. add. *W* 860 firma fides (gl. splendens) *F* 861 laborat *Fo*; *at* in ras. 2 m. *W* 862 labet *I* 863 famae meritum *GP* 865 poenae merit. *PV* meritum om. *F* nocari *F* negari *G* 866 meruisse decus suprascr. crussem *F* necem *o* 867 infam. morum *F*

Est species, sepelit fama sepulta decus.
Sarcina dedecoris damno praeponderat: omnis
Est gravitas famae perditione minor.
Non credas titulis famae: te consule, crede
Menti: vera canit mens, sibi fama favet.
Fama citat laudem, laus praemia, praemia mentem,
Mens studium, studium dogmata, dogma decus.
Doctrinae pater est usus: doctrina scholaris
Intercisa perit, continuata viget.
Pullulat in flores natura labore ministro:
Virtutis requies continuata nocet.
Est animae cultura labor: caro nuda labore
Fit sterilis, spinis obsita, messis inops.
Ex requie serpit pestis saevissima, luxus
Armiger, et famae prodigus hostis amor.
Est amor iniustus iudex: adversa maritans
Rerum naturas degenerare facit.
Consonat antithesis in amore: scientia nescit;
Ira iocatur, honor sordet, abundat egens.
Probra probant, reprobat laus, desperatio sperat,
Spes metuit, prosunt noxia, lucra nocent.
Anxietas in amore sapit, dulcescit amarum,
Vernat hiems, sudant frigora, morbus alit.
Ne noceat, carnem compesce labore: labora,
Languescit vitium: nil age, morbus adest.
Nostrorum sectare patrum vestigia: patres
Quae coluere cole, quae docuere doce.

---

871 ne cred. fam. tit. — menti || Crede canit vera mens *P* ne cred. — menti || Credito *V* al. crede menti || al. menti credas *W* 873 mentis *V* 874 alterum studium om. *F* 878 virtus *F* 879 est nūme (animae?) *F* est carnis *V* 880 mentis, Schol. messis *l* mess. obit *V* 881 pest. serpit *F* servit *V* 883 amor om. *G* 884 Post hunc v. *G* inserit hos

Omnis amans decus non est amor arbitū equus
In deforme pecus iudicat esse decus.

885 consonet *FIo* antitesis al. architesis *W* antitosis si^ci a *V* 887 proba *G* probat *FGIVWo* 888 metutuit vel simile *F* 891 labore labore *FIo* 893 patris *F* nostr. patrum sect. patrum vest. patres *V* 894 colas *FGo* col^e_a s *W*

Sunt assistrices doctrinae quatuor: harum
Coniugio studium fructificare solet.
Prima parit natura, quod ingenium fovet: auget
Vis exercitii, perficit usus opus.
Est incultus ager sed fertilis artis egenum
Ingenium, studii sedulitate carens.
Est sterilis sed cultus ager studii labor expers
Ingenii: iungas haec duo, messis adest.
Consule doctores legis: discede malorum
A conventiculis, concomitare bonos.
Ut de melle favum, nectar de nectare, rivum
De fluvio, radium de radiante metas:
Ut granum de messe tibi, de fonte salubri
Pocula, de docta dogmata mente legas.
Plaude bonis, fuge pravorum consortia: labem
Ex pice tractata contrahit aegra manus.
Ut Domino placeas, noli peccare: relega
Peccatum, veniam posce, beatus eris.
Da miseris, potum sitienti funde, molestum
Laetifica: parcus semine parca metes.
Est ancilla Dei simplex elemosyna, mortis
Antidotum, veniae porta, salutis iter.
Disputat adversus dantis peccata, perorat
Auctori, redimit probra, precatur opem.
Peccatum mors est animae, mors debita poena
Peccati: sana vulnera, morbus abest.
Cordis amor manibus praeponderat: hostia grata
Est humilis Domino spiritus, ara placens.

---

895 astitrices *Go* 896 fruct. facit *l* 898 promovet *P* 899 egenus *G* 900 studii fertilitate *P* 901 est fertilis *P* 902 abest *P* 903 disce *F* dissuesce *o* cf. 637 904 a conventiculo continuare bonos *V* 905 nect. vinum *V* 906 radiente *F* 908 mente om. *F* 910 ex pace *F* excipe *V* contracta al. contacta *I* contracta al. al tractata *W* 911 et Dom. *G* 912 pose *G* 913 portum *V* 914 parva met. *Io* parce metet *V* pauca *Wl* 915 supplex *V* mitis *G* 916 pota *V* parca *o* 917 disputat = „asserit, convincere vult" Barth ad Briton. Phil. XI. 2. p. 678 918 redimi *l* propinat opem *V* 919 p. est mors *I*

Da quod amas, si quis deposcit amicus: amatum
Ni dederis, merito nulla petita feres.
Est dare laetitiae vox, verbum nobile, verbum
Mellifluum, dantis gloria, dantis honor.
Est rogo vox miseri, vox importuna, pudoris
Prodiga, moeroris plena, favoris egens.
Debita solve precor, largire rogata roganti
Si poteris: superat munera mentis honor.
Da, dabitur: dimitte, tibi dimittet opimus
Iudex: cum simili semina lance metes.
Sparge dapes, operi nudos, caput accipe membris
Hospitibus, sepeli corpora, vive Deo.
Sperne malignantes, sapientes consule, pravos
Ne reprobes, neque te magnificare velis.
Solve laboranti lucra: mercenarius omnis
Debet pro merita conditione frui.
Solam solus ama sponsam, solam cole, soli
Huic sociae solum te sociare velis.
Non caput impinguet oleum peccantis, et aures
Si quis adulator lactet, omitte fidem.
Si quis quem reprobet, discernere te decet, utrum
Hostis an invidus an ambitiosus adest.
Ambitio, livor, odium tria sunt mala, quorum
Factores facili credulitate nocent.

---

923 da quod habes *PW* si quid *GVW* amicus amicum *V* 927 misera *P* alterum vox om. *F* vos *l* favoris *P* 928 memoris — egenus *F* 929 rog. rog. om. *F* largite *l* rogantis *P* 930 si poterit *F* al. dantis honor *I* 931 dabitur dimittetur dimittet tibi opinus *F* 932 consimili *Po*; nihil notat *I* 9simili *FGW*, et sic fortasse etiam *I* habebat; quam scripturam ambiguam esse nemo nescit. Neque Vulgata in diiudicanda lectione multum prodest; cf. Matth. VII, 2: in qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis; Marc. IV. 24. Contra Luc. VI. 38: Eadem mensura etc. 933 Malim legi excipe. — cupit *V* 936 non repr. *Flo* non reprobas *V* ut repr. *G* nec te *GVWl* 938 conditio *G* 940 socium *Gl* 941 impugnet *G* ad aures *P* ad aurem *o* om. haec verba *F* 942 iactet *Fo* lactat *IVl* latret *P* lactat al. latrat *W* emitte *G*. 943 si quod quis *G* si quem quis *VW* reprobat *V* 944 hostis sit an invidus ambit. ad. *V* amb. erit *I* 946 fautores *GPW* fauctores *V* filici cr. nocet *F*

Hostis si reprobet hostem ne crede: furorem
    Exercere suum te mediante sitit.
Invidus ut noceat aliis studet: aut sibi soli
    Aut prodesse suis ambitiosus amat.
Sic famuli merces perit exspectata: potentes
    In famulos armat impetuosa fides.
Solve libens mortem, ne desperatio vitae
    Prodiga te merita perditione premat.
Mors properat, fuga nulla patet: mortale tributum
    Solvere naturae lege tenetur homo.
Suscipe iudicium Domini prece supplice, rebus
    Dispersis, humili corde, timore rato.
Quis fugiat patriam miser? exul: patria coelum,
    Mundus exilium: hic mare, portus ibi.
Est hac valle gravis cursus, via lubrica, iugis
    Anxietas, tempus mobile, vita brevis.
Mors parcit reprobis, deflorat florida: quippe
    Ventis erigitur spina, roseta iacent.
Patris honore frui studeas: matrem cole: prolem
    Expedit in matris fructificare decus.
Post patris exsequias, defuncta matre, paterno
    Maternum tumulum continuare stude.
Expedit, ut quos una fides, quos unit amoris
    Integritas, tumulus dispariare neget.
Esto pacificus, fuge iurgia: vincula pacis
    Coelica sunt animae pabula, corpus alunt.
Plausus alit gentem, gens gaudia, gaudia pacem,
    Pax requiem, requies semina, semen agros.

---

947 reprobat *Pl*   ne (non) cr. *W*   non *l*   favorem *F*   948 cupit *GIPV*   cupit al. sitit *IV*   951 famuli(s) merc. *W*   952 ambitiosa fid. *IW*   954 demerita *F*   956 legem *P*   iure *Ilo*   957 Dominum prece suscipe *o*   simplice *F*   959 quis patr. fug. *G*   patr. est coelum *F*   960 exil. mund. *VW*   961 est in hac *G*   census *o*   963 parcet *l*   partis *G*   964 erigitur al. exigitur *W*   965 patr. amore *IV*   968 consiliare *F*   velis *V*   969 quos . . . . (ras; m. 2. m. iunxit) amoris *W*   vita fides *G*   fides unit (om. quos) *F*   970 tumulum *o*   negat *F*   Versus 969 et 970 nescio qua de causa asterisci signo notavit *o*   973 ait *V*   gentes *FGVWl*   974 agro *G*

Heu! vitam gerimus inopem: timeatur amica
Mente Deus, cumulus prosperitatis adest.
Argenti consanguineo bis quinque Gabelo
Fili, chirographo teste, talenta dedi.
Mansitat urbe Rages Medorum: vade, reposce
Debita, chirographum trade, petita feres.
His monitis accede patris: te credere patris
Consiliis pietas intemerata iubet.
Vive, vale, valeas: cum veneris ante tribunal
Iudicis in patria gaudia patris habe.
Sic genitor: cui progenies devota favorem
Exhibet, assensum commodat, ista refert:
Pro modulo pater aetatis parere paratus
Sum tibi: quod suades approbo, iussa sequor.
Si nescis, ignoro vias, ignoro Gabelum:
Vix dabit ignoto quas tibi servat opes.
Cui genitor: Noli certis dubitare: recedat
Pessimus in dubia sorte propheta timor.
Ne timeas, solvet tibi depositarius omne
Depositum, reddet debita, tutus abi.
Viso chirographo reddet quaesita: viarum
Ne seducaris schismate, quaere ducem.
Iussus abit, iuvenem videt oblatum sibi, formae
Dotibus insignem: laetificatus ait:
Cuias es o iuvenis? Raphael sic: Israelita

---

975 hic vit. *o* g'mmis *F* timeamus *l* 976 Deum *l* plausus prosp. *V*. — Caput V. *o* 978 filius *G* 979 Med. valle *o* deposce *l* 980 redde *FGo* Hieron.: *et restituas ei chirographum suum*. Unde colligi posse videtur, scripsisse fortasse Matthaeum *redde*. cf. infra v. 1400 talenta *FI* 981 acc. patri *l* acc. meis *o* 983 vive vade *l* valeas om. *V* 984 gaudia patri *F* pacis *l* 985 si gen. *G* sic al. hec *W* bis habet hunc versum *o* 988 quid suades *G* sequar *IVl* 991 certis noli *VW* 992 in dubiis mente al. in dubia sorte *W* 993 non tim. *I* ne timeas al. dubites *W* ne dubites *o* al. deposit. ille *I* 994 itus habe *F* 996 non te seducant scismata *o* 997 iussit abit *F* iuv. sibi vid. obl. sibi formae *V* 999 Si quis ad metri leges restringere voluerit h. v. „incidit in Scyllam cupiens vitare Charybdin.“ Aut enim ultima syllaba vocis *cuias* corrumpenda est, cum sit longa, aut omisso *o*, verbum *es* producendum, cum natura breve sit. Malim tamen illud

Sum. Puer huic: Rages notificabis iter?
Huic Raphael: Via nota mihi patet, aede Gabeli
Mansi: si placeat ire, redire, veni.
Nosco viam: Rages urbs est sita monte, vocato
Ecbatanis: novi quo properare paras.
Quem videt ignorat puer, ignorat Raphaelem
Esse, suae comitem quem rogat esse viae.
Angelus angelicas dotes occultat, obumbrat
Effigies hominis spirituale iubar.
Quem natura levat, pietas inclinat: honesti
Forma ministerii pensat honoris opes.
Sic radium nubes obnubilat, umbra lucernam:
Sic latet angelicae nobilitatis apex.
Sic praeceptoris non immemor angelus, esse
Vult minor obsequio, conditione prior.
Ad patrem maturat iter puer, omnia narrat
Visa: iubet iuvenem laetus adesse pater.
Praecinctus Raphael venit, intrat tecta, salutat
Patrem progrediens exiguosque lares,
Dicens: Sit Dominus vobiscum! Verba salutis
Obstupet anxietas obtenebrata senis.
Caecatus tenebris, languens, squalore grabati
Sordidulus nescit pullulet unde salus.
Anxius et rogitans mortis compendia, vitae
Flebilis horrescit dona, salutis opem.

---

quam hoc, licet non negem, illud *o* glossatorem redolere. Nisi forte *es* delendum. — W sic: Cuias es iuvenis sibi raphahel israelita — al: tu quis es o iuv. R. sic Isr. —

1000 sum puer. Hic: Rages *o* ex Jureti interpunctione. hinc al. huic *W* Srarg puer hinc *F* notificatur *V* 1001 hinc *FGV* edi *F* 1003 urbes est *F* est urbs *W* 1004 a bathanis *FI* abatanis *V* ab atavis *o* ebathanis *G* Egbathenis *l* Albanius 2 m. in ras. idem in marg. rubro colore *W* 1006 suae al. suum — rogat al. regat *W* 1007 doctes *I* 1010 celat hon. *V* 1011 obūbarat (ultima litera in ras.) *V* ut radium n. obumbrat et u. luc. *l* 1012 al. honor *I* 1015 prius omnia *o* 1017 raphale *l* infra tecta *o* 1019 dicit al. dicens *W* nobiscum *I* (?) 1020 obtenebrosa *V* 1021 grabata *F* 1022 pullulat *IVo* solus *G*

Sic queritur: Fluet unde salus misero mihi, cuius
 Poena quies, mors est vivere, vita mori.
Heu mors pigra venit, nec pervenit: est mihi vita
 Mors melior: tenebris langueo, posco mori.
Huic Raphael: spera Dominum, suffragia spera
 In Domino: Dominum dilige, sanus eris.
Est pietas praegrata: Dei praedulce flagellum,
 Virga decens, vulnus utile, suave iugum.
Verbera sunt patris velut ubera grata: medetur
 Vulnere, verberibus mulcet, amore domat.
Elimat, recoquit figulus sua vasa: flagellat
 Quas recipit medico vulnere pastor oves.
Tunc senior: iuvenis bone, dic mihi quae sit origo
 Sanguinis: unde genus protrahis? ede, precor.
Cui Raphael: quaeris tibi mercenarius adsit?
 An satis est eius notificare genus?
Vis audire: vocor Azarias Ananiae
 Filius: haec animo sollicitudo cadat.
Exaltare suas dotes negat angelus, imo
 Providus hac sepelit calliditate genus.
Tunc supplex senior: non irascaris, amice,
 Quod volui generis cognitione frui.
Si placeat natum Rages perducere, praesta
 Praesidium, puero consule, confer opem.

1025 hic quer. *Gl* sic quaerit *o* fluet *Io* rel. fluat; Hieron.: *Quale gaudium mihi erit.* 1026 mors vivere *F* 1027 vivet non perv. *F* p̄venit *l* 1028 in tenebr. *F* membris lang. *V* 1029 hic raph. *l* domini *VWl* 1031 deo *o* 1032 docens nullus *F* 1033 v'bra flagella sunt p. velud ubera gr. medere *F* 1034 vulneribus mulc. *GI* 1035 et rocoq. *I* recoq.[b] fig.[a] *W* 1036 modico *W* opes o cf. 1578; 1674; 1766. — Caput VI. *o* 1037 hinc sen. *V* iuvenis boro *F* al. dic bone iuvenis *W* dic tibi quae *GVW* 1038 contrahis *FGVWo* 1039 quaeris [quis 2 m] merc. *W* 1040 an satis evi *V* 1041 aiaris *G* al. Anannyas Asarie *W* 1042 cadit *W* 1043 explanare *o* doctes *I* 1045 simplex sen. *GW*; al. supplex *W* sen. simpl. *I* irasceris *F* 1046 agnitione vel cognit. *W* 1047 sic plac. *F* si pareat *G* producere *V* 1048 praesidium / auxilium *I* consilium *G* subsidium *W*

Nec dubita, dabitur merces condigna: laboris
Antidotum meme restituente feres.
Ad Medos puerum ducas exoro: reducas
Plus peto: plus reditus quam via prima placet.
Sic Raphael: quod poscis adest, me praeside fretus,
Me duce tutus erit, me comitante ratus.
Flet genitor sobolis digressu: praeside tanto
Gaudet: spes reditus gaudia praeesse facit.
Progenies, pater alterutrant suspiria: proles
Patris amore gemit, prolis amore pater.
Praeparat ergo viae condigna viatica patris
Cura: Deo grates multiplicare studet.
Digressurus Ave geminat puer: oscula nato
Ingeminat gemitu flebiliore senex.
In lacrimas animam dispensat moesta senectus
Patris, quippe pater degenerare negat.
Clamat: eat Dominus vobiscum, vos comitetur
Angelus, et vigili sedulitate regat.
Dant pater et mater lamenta, salutat utrumque
Filius: hinc abeunt, aggrediuntur iter.
Anna parens ruit in lacrimas, lamenta, querelas
Ingeminat, matrem dissimulare nequit.
Qui praesens placuit, absens exasperat: instat,
Quo praesente fuit plausus, eunte dolor.
Matrem matris amor redolet: cum coniuge tristis
Litigat, ut pietas officiosa iubet.
Heu! numquam fuerit quaesita pecunia, cuius
Causa prole pater orbus es, orba queror!
Cur abiit mea sola salus, mea cura, senectae

1049 ne dubita *FG* ne dubites *V* non dubites *l* 1050 antidorum *o* memet distribuente *l* 1052 post peto (post in ras. 2 m.) *W* 1053 hic raph. *l* posc. habes *o* 1053 sebol. genitor *Glo* discessu *V* disgressu *l* 1056 gaudia patris habet al. posse facit *W* 1057 prog. et pater *l* gemitus suspiria *V* 1059 viatia *V* viam *W* 1061 oscula letus *V* 1062 fleb. pater *l* 1063 in lacrimis *F* 1064 quippe puer *F* al. nequit *I*; sic *V* 1065 et 1066 2 m. marg. *W* 1068 concomitetur *l* 1068 om. *F* al. ingred. *I* 1070 negat *Fl* 1073 patris am. red. matrem *l* 1074 offic. videt *o* 1076 orbus est *l* orbus et orba *FW* al. orba parens *I* 1077 et 1078 om. *G*

Praesidium, matris gratia, matris amor?
Quid nobis aberat? redimebat gloria prolis
Pauperiem: fugit hoc effugiente salus.
Praesens divitias cumulabat filius, omnis
Anxietas viso prolis honore sapit.
Sic genitrix: genitor lacrimas castigat, amicat
Blanditiis, gemitus luxuriare vetat.
Ne timeas, desiste queri: reor angelus alti
Consilii pueri concomitatur iter.
Ducet et adducet Deus hunc: sospes remeabit
Natus et incolumis prosperiore gradu.
Cessat ad hanc vocem matris querimonia, fletus
Castigat, lacrimas terminat, ora premit.
Procedunt comites puer, angelus: hic duce felix,
Hic socio: puero dux, Raphaele puer.
Se tanto ductore puer, Raphaele ministro,
Se Domini nescit sedulitate regi.
Pascit uterque viam verbis: collega fidelis
Et custos satagit praevius ire canis.
Ambos prima dies prope Tigrin ducit: in amne
Tobias properat mundificare pedes.
Piscis adest, pedibus immersis instat, hiatum
Ampliat, ut patulo devoret ore pedem.
Clamitat: heu piscis me devorat! Extrahe, suadet
Angelus: extracto pisce medela patet.
Extrahit, angelicis monitis exenterat, inde
Intestina rapit sedulitate ducis.
Eligit, explorat fel, cor, iecur: haec tria sumi
Providus insinuat angelus, ille favet.

1078 matris (patris *l*) gloria matris honor *Fl* matr. glor. mentis amor *V* patris honor al. amor *W* 1081 delicias (sic *V*) al. divitias *W* cumulavit *o* 1082 honore al. amore (sic *l*) *W* 1083 genitor genitrix *V* lacrim. genitor *o* 1084 negat *V* 1086 concomitetur *W* 1087 remeabat *F* 1090 et lachr. *l* 1092 hic duce *G* hic puero socio *l* 1093 de tanto *F* 1094 nesc. Dom. *o* frui vel regi *W* 1095 verbis 2. m. add. in marg. *V* 1097 in amnem *Wlo* 1099 immersis adest et hiatum *o* 1100 pedum *F* 1101 en piscis *W* devoret *G* 1103 exemât *V* 1106 ang. ins. prov. *l*

Quod piscis superest delibutum sale, vitae
   Sufficit usque Rages perficiatur iter.
Luce sequente viae redimunt fastidia verbis
   Alternis; rogat hoc a Raphaele puer:
Dic, Azaria frater, de pisce reponi
   Quae suades, aliquid commoditatis habent?
Angelus huic: non vana rogas, sed seria: iussi
   Servari tria quae commodiora scio.
Particulam cordis adhibe carbonibus: omne
   Daemonium fumo subveniente fugit.
Fel prodest oculis: fellis medicamine morbus
   Omnis abest oculos obtenebrare potens.
Lumina fel sanat: virtus promiscua cordis
   Et iecoris pulso daemone praestat opem.
Inde puer loquitur: ubi vis maneamus in ista
   Nocte? tua refert dicere, dicta sequar.
Angelus huic: Raguel prope mansitat, aequus honesti
   Cultor et affinis proximitate tribus.
Cui patris servantur opes, huic unica vernat
   Nata decens, patris gloria, matris amor.
Haec tibi debetur: deposce, pater dabit, imo
   Hac uxore metes praedia, rura, domos.
Tota patris tibi debetur substantia, ducas
   Hanc, moneo. Puer his obstupefactus ait:
Audivi, sic fama refert, fuit haec data septem
   Sponsis: daemonio mortificante iacent.
Si patiar similes casus, utrique parenti

1109 diem red. *G* redeunt *V* 1110 rogat hec *W* — Caput VII. *o* 1111 aia$^{o}_{r}$ia fr. *G* fr. numquid de p. r. *W* fr. haec tu de p. rep. *o* 1112 quod suad. *FIVl* si quid *G* utilitatis habet *FGIlo* sedulitatis habet *V* 1113 petis *Io* 1114 commoditatis scio *F* 1116 fugat *G* 1118 omnis om. *F* obten. solet *W* 1120 patrat opem *o* 1122 al. discere verba sequor *W*; sic *F* — Caput VIII. *o.* 1123 ang. haec *I* 1124 custos aff. *FGo* custos et aff. *V* 1125 patri *l* 1126 patris amor *FG* patris honor *VW* matris honor *o* 1127 hanc posce *F* dabit pat. *Io* deposce tibi pater imo *V* 1128 iura *G* 1129 tota tibi patris dabitur *Fl* 1130 obstupescens *F* stupefactus *W* 1133 patior *F* utrumque parentum *l*

Unicus, hos constat me moriente mori.
Angelus huic: aderunt tibi grada remedia, gratum
Antidotum: monitus percipe, tutus eris.
Hos daemon perimit, quos delectatio carnis
Non sobolis stimulat virginitate frui.
Quisquis sicut equus et mulus gaudet abuti
Coniugio, carnis victus amore perit.
Virgine non tacta tribus ora noctibus: insta
Votis vota, preces accumulare preci.
Prima nocte iecur piscis combure, fugabis
Daemonium: iecur hac commoditate iuvat.
Nocte sequente Deo fundas suffragia, possis
Ut patriarcharum religione frui.
Tertia nox fructum dabit, ut benedictus honore
Multiplicis prolis fructificare queas.
Has tres excubias cole, ne prurigine carnis
Victus quam metuis promereare necem.
Sic age, fructus adest: divino debet amore
Sic tua virginea carne carere caro.
Indulget nox quarta torum spe prolis habendae,
Non Veneris: monitis crede, medela datur.
Angelus haec: puer obsequitur: Raguelis ad aedem
Angelicae monitu sedulitatis eunt.
Occurrit Raguel, iucunda fronte serenat
Hospitium: factum purpurat oris honor.
Hospitis arridet non hospes gratia: plausus
Hospitis hospitium gratius esse facit.

1135 ang. hinc *F* haec *I* 1136 monitis *Il* modicus *F* ni 3 m. / motus *V* 1139 aut mul. *GVl* vel mul. *Io;* unus *W* *et mulus,* quod est in Hieronymo hircus 2 m / mulus *V* 1140 victus vel motus *W* 1141 tacta 3 m / tanta *V* hora *G* 1142 accum. studet *F* stude *IV* preci vel stude melius *W* 1143 iec. comb. namque fug. ‖ Daem. piscis com. iuv. *l* 1145 Dei poscas suffr. *o* poscis *F* 1146 conditione frui *o* 3 m. adscr. h. vers. in marg. *V* 1147 tert. nox dabit ait ben. honor *F* 1148 multiplicabis *l* multiplicare / fructificare *W* 1149 putredine *l* 1151 deb. honore *F* 1153 indiget — thoro *l* 1155 hic *G* 1156 emit (sic) *F* 1157 occurr. ꝑpe *P* fronde

Haeret in aspectu pueri, diiudicat oris
Effigiem: tanta gratuitate stupet.
Ex prolis facie patrem praenosticat, arbor
Fronde patet, legitur prolis in ore pater.
Post ait: Anna soror, consobrino Ninivitae
Hic quantum simili consonat ore puer?
Post ait hospitibus: mihi, quaeso, pandite, vestra
Quae sit origo, mihi certificate genus.
Angelus haec: nos Nephthalici sumus, ex Ninivitis
Captivis voluit nos superesse Deus.
Sic Raguel: numquid Tobiam gratia vestra
Noverit? Angelus haec: novimus ambo virum.
Urbe, tribu nobis Tobias proximus, iste
Tobiae puer est filius, adde fidem.
His sibi narratis Raguel stupet, oscula laetus
Dat puero, teneris fletibus ora rigat.
Gaudia testatur verbis: benedictio, fili,
Sit tibi multa precor, perpetuumque decus.
Es sacro genitore satus, quem voce fateris
Et facie: simili simplicitate places.
Haec dicente viro lacrimis exuberat uxor
Anna, pio fletu filia Sara madet.
Inde iubent ridere domum, desudat in usum
Obsequii celebris Anna, puella, pater.
Fercula festa parant, aries mactatur honore
Hospitii, cumulat prandia mentis honor.
Cursitat huc illuc Raguel, discumbere laetus
Suadet utrumque: puer infitiatus ait:

1161 periuri *G* 1162 gravitate stupessit *F* 1163 praenoscitat *FGIo* cf. 1555. — arbo pr *F* 1164 fronde pater *l* 1166 o quantum *F* hic quam consim. *o* 1167 mihi qos *F* quaeso mihi *Io* mihi pand. quae sit origo || Quaeso vestra mihi certificare *V* 1168 notificate *I* 1169 ang. hic *F* huic *o* 1170 deum *G* 1172 ang. hic *G* huic *o* utrum *G* vir *l* 1173 tribum *g* nobis est *l* 1176 rigans *Go* 1179 factus *l* quod voce *o* 1180 placens *IV* 1181 lacrimas *o* cf. 1217. — exubere *F* 1182 cara *V* 1183 iubet *FWl* redire — desudant *l* in usus *W* 1184 laetitiae celebris *V* 1185 fercula lata — mactura *F* parat *G* 1188 infitiatur *GIV*

Non epulas sumam tecum vel pocula, donec
Quam peto des natam conditione tori.
Miratur Raguel: septem periisse revolvens
Ne cadat hic simili perditione timet.
Dum dubitat dare quod petitur, sic angelus: omnem
Pone metum, dabit his prospera quaeque Deus.
Crede, reservatur puero tua filia: sola
Debet ei soli virginitatis opes.
Tunc Raguel: Dominus gemitum, lamenta, querelas,
Ut reor, admisit, convaluere preces.
Assensit precibus Domini miseratio: septem
Stratis, hunc voluit fructificare Deus,
Ut iuxta legem Moysi cognata marito
Tradita cognato prolis abundet ope.
Trado libens. Dextrae puerili deinde maritans
Dextram virgineam flet pater, ista refert:
Qui Deus est Abraham, Deus Isaac et Iacob, omni
Tempore vos foveat, vos benedicat, Amen.
Vestrum coniugium confirmet, prole beatos
Vos faciat, solidet foedera, praestet opem.
Inde pater calamum deposcit, foedera firmat
Coniugii, scripti testificante nota.
Inde vacant epulis, ut sufficientia dictat,
Non gula, non ventris ambitus, imo fames.
Hic factis tenebris sopito sole, iubente
Patre maritalem praeparat Anna torum.
Inde pius natam pater introducit in usum

1188 infitiatur *GIV* 1189 sumam nec tecum pocula *l* nec pocula *V*, quod fortasse restituendum ex Hieron.: *non manducabo neque bibam.* 1191 revolens *F* al. recordans *I*; sic *V* 1194 prosp. cuncta *G* pr. quoque *o* 1196 dabit *o* opus *F* apex *G* 1197 gemitus *F* du (sequitur ras. et superscr. aliquid quod legi nequit; 2 m. marg. ducens) gemitus *W* 1199 Dom. prec. *l* 1201 Moysi legem *FG* 1202 trad. marito *F* 1204 inde/ista *W* 1205 quis deus est ysaac deus abr. iac. omni *F* Abr. Deus est Isaac, Jacob, omni *o* 1206 al. amet *I*; sic *FV* amen/amet *W* 1208 efficiat (om. vos) *V* faciet *Wl* praestat *l* 1209 thalamum *V* foed. iungit *o* 1211 deinde *Fl* 1213 sole sopito *F* 1215 et 1216 om. *l* 1215 natum *W* in usus *F* ad us. *I*

Coniugis: ingreditur virgo coacta torum.
Virgo timet, teneris lacrimis exuberat: usum
  Vomeris ignoti primula gleba timet.
Solatur genitor sic: Taedia multa, labores
  Multos passa, tace filia, funde preces.
Plausum post lacrimas, mel post absinthia praestet
  Omnipotens, redimat prosperitate crucem.
Inde pius puerum pater introducit: uterque
  Sic cubat, ut manui collaterata manus.
Mente pares par forma beat, par gratia morum,
  Consona vota, paris religionis amor.
Felix coniugium, par copula, dum sociantur
  Quorum par pietas, par genus, una fides.
Ambo pares, paritas quos comparat oris et aevi,
  Mentis comparitas dispariare negat.
Nubit casta pio, iusto devota puella,
  Coniuge vir dignus, digna puella viro.
Quippe dolo purus puer excessus pueriles
  Horret, et in puero scit redolere senem.
Praevenit aetatem ratio, praeponderat agro
  Messis adulta, minor messe stupescit ager.
Exspectare negat torporem temporis annos
  Transgrediens virtus, increpat usque moram.
In tenero sapit emeritum: stupet arbore maior
  Fructus: conqueritur area messe minor.
Mira patent: aevi novitas oblita dierum

1216 et 1217 om. *F*

al. virgo pudica timet teneris exub. usum
1217 Virgo timet lacrimis ten. exub. usum
al. vomeris ignoti primula gl. timet
1218 Ignoti veneris primula gleba timet } *W*

1218 al. glebula prima *I;* sic *V* gelba *F* 1221 absinthium *F* absentia *G* parat *o* 1222 op¯s (omnipotens?) *l* necem *V* 1223 prius *GIlo* 1224 titubat *l* ut manu *FG* 1226 vita *VW* 1227 dum sic sociantur *V* 1229 hos comp. *G* oris ameni *V* 1230 negat vel nequit *I* 1234 redol. virum *GV* 1237 exsp. nescit *o* temporalis *F* 1238 increpitatque *FGo* increpat atque *l* mora$^{s}_{m}$ (rubr. superscr.) *W* 1239 al. in puero *I;* sic *Wl* eventum *l* arbor *F* struit arbore *V* maior om. *GW*

Obstupet in puero delituisse senem.
Ultra femineum sexum virguncula vernat
Moribus, in fragili pectore rara seges.
Esse pudica decens satagit: se forma pudori
Seque pudor formae conciliare studet.
Alloquio suavis, verbo succincta, modesta
Vultu, fraude carens, officiosa datis:
Sobria mente, vago discursu libera, fastus
Nescia, consulta simplicitate placens.
Arma supercilium gerit exclusiva favoris
Illiciti, Veneri forma favere negat.
Forma pudicitiae pacem coniurat, et hostis
Quae solet esse fidem perpetuare studet.
Femina iusta, potens, pia, pulchra, modesta maritat:
Sic adversa ligat quae fluitare solent.
Quantum coniugii praefati forma modernis
Distat coniugiis: quis sine labe torus?
Ecclesiae nostrae quantum synagoga fidelis
Temporis antiqui praeminet? unde pudor.
Nos pudeat, quod praefuerit Iudaea modernae
Ecclesiae, nucleo testa, figura rei.
Heu quantum deserta fides mendicat? et unde
Catholicae cecidit religionis apex?
Quae nubit, vel quis nunc uxoratur, amore
Prolis? quis Veneris armiger esse negat?
Introducta timet pia virgo: propheta pudoris

1241 cui novitas ablita *l* 1242 al. apparuisse / delicuisse *I* virgineum / femineum *W* 1243 virgineum florem *V* 1244 mag seges *G* 1245 decus sat. sed forma *l* 1246 consimilare *W* consiliare *l* 1247 verbis *V* 1251 expulsiva *Io* exclus$^{ura}_{iva}$ *W* inclusiva *l* 1252 illici^{te}t m. illicitet *W* 1254 quae studet esse *W* al. continuare *I* 1255 pudica marit. *Fo* pia casta modesta mar. *GV* femina pulchra pot. pia iusta / casta pudica marit. *W* fem. pulchr. pot. pia casta modesta *l* maritans *FW* 1256 diversa *W* ligant *o* 1257 o quam *o* 1258 thorum *G* 1260—1262 om. *V* 1260 inde pudor *G* unde pud. est *W* 1261 praefruerit *F* quia praef. *I* praefuerat *o* 1262 fig. dei *F* 1265 quis nubit *P* quae n. quis nunc homo uxor. *l* 1267 timoris *FGWo* al. doloris al. pudoris *I*

Supplicat in vultu simpliciore rubor.
Illibata timet fossorem gleba, timescit
Ad maris accessum virginitatis honor.
Angelici monitus Tobias fit memor: inde
Cassidili profert auxiliare iecur.
Servati iecoris partem carbone marito
Urit, odor fumi spargitur, hostis abit.
Partibus Aegypti summis Raphaele ministro
Daemonis improbitas illaqueata iacet.
Tobias vocat uxorem, cui talia: Sara
Surge toro, decus est nos vigilare Deo.
Expedit, ut Domino iungamur nos triduanis
Noctibus orantes magnificare Deum.
Patrissare decet nos: sacra stirpe creati
Debemus meritis aequiparare patres.
Post triduum nobis dabitur commissa facultas
Coniugii. Virgo surgere iussa favet.
Virgo verecundat, solvensque tributa pudoris
Virginei, roseus supplicat ore rubor.
Surgit uterque, preces satagunt effundere, vitae
Incolumis rogitant commoditate frui.
Tobias docet exemplo, quae praedicat ore:
Supplicat ut pietas officiosa iubet.
Te, Deus omnipotens, benedicant singula, laudes
Exhibeant ignis, humor, inane, solum.
De limo terrae placuit formare parentem
Primum: solus erat posteritatis inops.

1268 suppliciore *l* 1269 tumescit *FGV* 1270 accessus *o* ad viri maris accenssum virginitas *F* 1271 motus *F* unde *l* 1272 capsidulo *Vo* cf. 1564 praefert *lo* hoc cassiduli pro gall. escharpe *I* anciliore *F* 1273 servatam *l* 1274 vel $^{a}_{o}$dor *W* spargit *l* abit vel abest *I* 1276 patet *F* latet *G* perit al. latet *W* 1277 necat *G* 1279 tribuanis *F* om. hoc distichon *l* 1281 creata *F* 1282 aequip. preces *l* 1283 dab. nobis *FWl* 1285 solvens trib. *Vl* 1286 roseo (al. roseus) purpurat (in ras.) ore rub. *W* pullulat *l* 1288 cupiunt commod. *F* prosperitae *Ilo* 1289 quod praed. *VW* orat *GW* 1291 benedicat *Fo* 1292 humor om. *G* 1293 plac. terr. *G* de limo plac. primum form. parentem || Adam solus *F* de lim. pl. form. terr. parent. *l*

Huic Evam sociam tua dispensatio iungi
Disposuit, nostrum pullulat unde genus.
Sic nos consocia, sic firma foedera nostri
Coniugii, sic nos fructificare velis.
Non nos sollicitat Veneris lascivia, verum
Progenies, verum posteritatis amor
Nos sociat: nos legitimae consensus amicat
Mentis, non teneri praedo pudoris amor.
Da sobolem rogo quae studeat per saecula saecli
Successiva tuum magnificare decus.
Sara refert: Miserere precor, miserere duorum,
Ut nobis liceat consenuisse, Deus.
Inde vocat Raguel servos, dum praeco diei
Gallus pervigili praecinit ore diem.
Suspectus senior vigilat, timet, iste maritus
Ne cadat, ut septem procubuisse liquet.
Ergo parat foveam lugubri mente, supulcrum
Tobiae: generum morte iacere timet.
Post sponsae loquitur: eat una pedissequa, vitam
Vel generi properet notificare necem.

1295 hinc evam *F* huic etiam *Go* dispositio suprascr. dispensatio *W* inngi *o* 1296 inde *GW* 1297 sic tantum foed. firma *V* confirma *G* sic firma / confirma *W* 1299 nos non *GVWl*

Sic nos solicitet veneris lacivia verum
Coniugiis sic nos fructificare velis
Non nos solicitet veneris latina verum
Progenis verum posteritatis amor. *F.*

1300 post. amor *l* honor / amor *W*; honor rel. omnes; sed praestat amor propter Hieron.: *posteritatis dilectione* 1301 nos societ nos legitimus *o* 1303 ad sobolem — studet *F* 1305 Sarra ref. mis⁹ *F* 1306 ut lic. nob. *W* decus *V* Deo *o* al. simul. al. diu al. deus *I* simul *l* 1307 cum praeco *W* 1308 concinit *IW*

Suspectus senior vigilat ore diem
Gallus pervigili consinit ore diem
Ne cadat. *F*

1309 vigilat senior *V* ille mar. *G* ille / iste *W* miratus *W* 1310 in septem *l* 1311 ergo al. sero *W* sperat foveam *G* lubri mente sepulcra *F* mente precatur *o* 1312 Thobiam *o* al. putat *I* 1313 erat una *V* 1314 vel / ut generi *W*

Si cecidit gener ut reliqui, noctu sepeliri
Hunc decet: in generum degenerare nego.
Ad thalamum maturat iter discurrere iussum
Mancipium: videt hos vivere, visa refert.
Laetatur Raguel, plausus gerit Anna fideli
Mente: Deo grates accumulare student.
Te benedicamus, Deus Israel: est data nobis
Te tribuente salus, te mediante favor.
Blanditiis fletum commutas, melle cicutam,
Damna datis, stipulam messe, favore metum.
Nos tua respexit miseratio: quos tua nectit
Gratia, perpetua sedulitate regas,
Ut valeant offerre preces, holocausta, fateri
Te Dominum, laudes concelebrare tuas.
Gentibus ut cunctis fiat liquidum, quia solus
Iura monarchiae primipotentis habes.
Post Raguel foveam cumulari praecipit, exul
Spes redit, emergunt gaudia, moeror abit.
Annae deinde iubet, ut quaerat prandia, quaerat
Congrua quaeque quibus expediatur honor.
Inde duas vitulas pingues oviumque maritos
Quatuor occidi praecipit, Anna favet.
Laetus adesse dapes iubet, introducit amicos
Vicinos, Domini ridet honore domus.
Dissonat haec quantum mensae mensura modernis
Deliciis!, quantas scurra ligurit opes.

1315 sic cecid. *Vl* sepelire *l* 1356 in gemum den'are *G* 1317 decurreré *F* : discutere al. discurrere *W* 1318 iussa ref. *Fo* 1319 plaus. ait *G* agit *VWl* 1320 Deo laudes. *o* student *F*; rel. studet. — Hieron.: *et benedixerunt Dominum Raguel videlicet et Anna uxor ejus, et dixerunt.* — 1321 est quia nobis *o* 1323 commitans *F* commuttas *G* commutans *o* 1324 fav. mentem *F* 1326 regit *Fo* 1328 te dem̃ *F* qui desinit h. v. 1329 liq. fiat *V* 1331 tu/cu mulari *W* tumul. *o* 1332 al. obit *I* (sic *l*) abest *W* 1333 Anna ad unum omnes libri mei; cf. Hieron.: Uxori autem suae dixit ut instrueret convivium cet. unde non dubitavi *Annae* hic quoque reponere. 1335 duos vitulos *Vlo* 1337 amico *l* 1338 domuique rid. honore *l* al. honore *I*; sic *VW*; rel. amore 1339 dissonat heu *Il* quantum (b) mensae (a) *W* 1340 ligurrit *GIl*

Quid servire gulae prodest, ut praedo macelli
Venter praecipiti pondere membra premat?
Ut vivant comedunt prudentes: histrio vivit
Ut comedat: vendit praedia, vendit agros.
Ventribus esca datur, escis venter: Deus escas
Destruet et ventres, ut sacra verba canunt.
Hoc conviviolo via vitae sufficit, omnis
Luxus abest, omnis crapula, pauca placent.
Non petitur placitura gulae venatio, nullum
Altile, non sicci pectoris ira piper.
Non verubus volvuntur aves, gustusque saporis
Iudex non studet hic intitulare merum.
Nullus adulatur, sententia nulla palati
Quaeritur: hic satis est pacificare famem.
Sufficit hic quicunque liquor, cibus omnis, ut esca
Sit quaecunque fames victa, liquore sitis.
Praestant nulla gulae, naturae paucula, vitae
Usum, pauperibus plurima, cuncta Deo.
Praestat honor dapibus. Inter convivia laetus
Tobiam Raguel flagitat, ista refert:
Me tua sollicitat, fateor, digressio: gaudens
Quo praesente fui digrediente queror.
Hoc precor, hoc moneo, me deposcente duabus
Hebdomadis placeat continuare moram.
Coniuro, faveat precibus tua gratia: noli,
Noli primitias depretiare precum.
Armatae valuere preces: quod amicus amicum

1341 ut / quid *W* 1342 premit *o* 1343 sapientes *o* historio *P* 1346 destruit *o* canunt 2 m. add. *V* 1348 abi *G* obest *P* 1350 nec sicci *W* piger *l* ira placet *V* 1351 vertuntur *G* saporum *l* 1352 hoc intit. *Glo* metum *P* mechum *V* 1353 adulator *V* adulatus *l* 1355 quiscunque / quicunque *W* 1356 vita liq. *l* 1358 visum *l* vinum *G* praemia cuncta *o* 1359 amor *I* dapibus om. *G* 1360 petit *GVWo* 1361 ne tua *G* velox / fateor *W* disgr. *GV* 1362 disgred. *GIVo* 1364 ianuare *G* moras *V* 1365 precib. fav. *V* 1367 et amic. amic. *G*

Seu dominus servum postulat, arma gerit.
Inde facultatem Tobiae fronte serena
Dimidiat, scripto testificante, socer.
Post obitum reliquam partem largitur habendam:
Confirmant, statuunt foedera, pacta ligant.
Tobiae pietas Raphaelem mulcet, amicat,
Obsequitur, placida simplicitate favet.
Aestimat hunc hominem forma deceptus: honorem
Angelus angelicum notificare negat.
Nescit quid lateat hominis sub imagine, nescit
Quod tegitur fragili cortice thuris odor.
Exhibet huic grates, colit hunc; quam praeco favoris
Dictat amor fida sedulitate rogat:
Scis, Azaria frater, quod munere nullo
Obsequiis valeam concolor esse tuis.
Si tibi me servum tribuam, tibi consona merces,
Digna dari nequeunt praemia, dignus honor.
Quippe tibi sacra religio, tibi vernat honestum
Consilium, morum gratia, firma fides.
Excedis decus humanum: virtutis in usum
Mentem, verba, manus fructificare facis.
Tanta fides, tantum pretium fastidit honorem
Mentibus humanis conciliare suum.
Moribus, incessu, verbis quasi totus in astris
Exuis humanae conditionis onus.
Hoc precor, hoc rogito: Dominus mihi praestet honori

1368 seu dñe iustum *G* dominus iustum *W* 1370 dinumerat *o* dim. syco *G* testif. nota *l* 1371 concessit largitur *W* 1372 confirmat *Io* pauca lig. *G* 1373 raguelem *G* 1374 2 m. add. *W* 1376 angelicam *V* noctificare *I* 1378 quis teg. *l* 1379 hic grat. *G* recolit *o* quod pr. *Wo* quem *Gl* 1380 amorphida *G* simplicitate *V* 1381 Frater Azar. recolo quod *o* quod umquam munere nullo *W* quod nullo munere semper *l* 1382 et color *G* 1383 trib. serv. *G* me miserum trib. *o* 1384 munera dignus *W* 1386 propositum *V* 1387, 1388, 1389, 1390 literis rubris *c d a b* distinxit *W* 1387 excedit *o* exc. genus *I* 1388 verbo *G* 1389 t. f. sed praesidium fast. *l* tantum praemium *V* 1390 consiliare *Gl* 1391 quia totus *Go* 1393 rogito moneo *W* hoc pr. hoc moneo D. dignetur honori *o* mihi praestat *l*

Respondere tuo prosperiore manu.
Si mora nos teneat reduces, utrumque parentem
Expressa reprimet anxietate dolor.
Me meus adiurat socer, adiuratio cuius
Me retinet: pudor est depretiare preces.
Vade Rages, servos, animalia sume, Gabelo
Tutus chirographum trade, talenta feres.
Vade, vale, iubeas nobis salvere Gabelum
Cognatum, veniat te veniente, precor.
Angelus obsequitur Tobiae, nescit abesse
Iustis angelicae nobilitatis honor.
Aspirat precibus, parat ire, duosque camelos
Bisque duos servos eligit, haurit iter.
Inde Rages properat citus, ingressusque Gabeli
Tecta, viae causas explicat, acta refert.
Chirographum tradit, recipit quaesita, Gabelo
Tobiae precibus concomitante redit.
Maturant reditum, Raguelis tecta Gabelus
Intrat, dum colitur connubiale sacrum.
Praecipite pede Tobias occurrit, amica
Voce relativum clamat uterque vale.
Sumens illud Ave, teneris rigat ora Gabelus
Fletibus, et relegit prolis in ore patrem.
Flens rogat haec: Tibi sit benedictio plurima, multa
Prosperitas, Dominus te benedicat, Amen.
Optimus est genitor, elemosyna cuius egenis

1394 prosp. gradu *o* Caput IX. *o* 1395 tenet — parentes *G* 1396 perimet *o* 1397—1398 post 1402 collocavit *W*; add. 2 m.: Quidam habent ista duo carmina iuxta signum crucis (i. e. post 1396) licet hic postponuntur. 1400 feras *W* Vix dubium, quin h. l. quoque scripserit Matthaeus *redde* (cf. supra ad v. 980.), cum Hieron. verba haec sint: *reddasque ei chirographum* et paulo post: *et inveniens Gabelum, reddidit ei chirographum suum.* — Fortasse idem valet de v. 1409, ubi legendum *Chirographum reddit* — nisi forte in ipso Hieronymo scriptum invenit Matth. *tradit.* 1401 valeas nobis *GI* nob. iubere *Wo* salutare *G* 1402 te redeunte *IWo* 1404 iustis m. iussis *W* 1406 orit eter *l* 1407 ingrediturque *I* 1408 vice *l* ista refert *Vl* 1411 maturat *V* reditus *W* 1413 amicat *W* 1416 religit *GV* 1417 hoc *I* tibi sit fili bened. multa *l* 1418 al. amet *I*; sic *V*

Compatitur, sepelit corpora, praestat opem.
Prospera det vobis Dominus, det cernere natos,
Natorum tribuat multiplicare genus.
Tertius et quartus precor a vobis videatur
In vestrae sobolis prosperitate gradus.
Respondetur Amen a circumstantibus. Inde
Dat festiva dapes mensa, lagena merum.
Dulcis amicorum redolet congressus, amicos
Expedit affectus alterutrare suos.
Casus commemorant, nec prandia festa timorem
Excludunt Domini, nec pietatis egent.
Tobias pater exspectat, miratur, acerbat
Qui timor in dubiis deteriora canit.
Computat elapsi dispendia temporis, aeger
Nati conqueritur ulteriore mora.
Dum recolit prolem genitor, quasi prolis egenus
Dimidia queritur parte carere sui.
Canitie pater impexa lamenta propinat,
Quae pietas mentis expositiva iubet.
Vae mihi, quid nocui tibi fili? Vae mihi, numquid
Schismata te retinent insidiosa viae?
Dic soror Anna, putas, quod depositarius ille
Decessit? numquid infitiatur opes?
Anna parens ruit in lacrimas, moestissima planctus
Aggregat, armato destruit ungue genas.
Ad prolis reditum mater suspirat, amica
Mente sapit, matrem degenerare negat.

1420 praestet *l* parat *o* 1421 nobis *o* dom. vobis *Vl* pr. det dom. det nobis *G* 1424 innumerae sobol. *o* posteritate *Wo* 1426 lagena gall. châne *I* 1427 al. vernat *I* 1429 timore || exclud. dominum *o* Post 1430 Caput X. *o* 1432 qui timet 1433 temp. egenus *l* 1434 ulteriora *o* ulteriore vel uberiore *I* utiliore V 1435 prolis pretium quasi *GVWl* egent *l* 1436 dimidii *G* 1437 impleta *G* hirsuta / impensa / ve *I* impexa al. in pena *W* impessa *l* 1439 heu *W* nocuit *V* 1440 om. *G* 1441 dispositarius *G* 1442 infitiantur *IWo* 1445 suspir. mater *o* 1446 degener esse al. degenerare *W*

Dant gemitus senior, veterana: remedia fletus
Continui neuter accipit, Anna refert:
Heu fili, mea sola salus, mea gloria, cesset
Haec mora, ne cogat nos mora moesta mori.
Quid peregrinari te misimus, unica nostrae
Virga senectutis, posteritatis honor?
Te praesente nihil aberat, tua gratia praesens.
Ampliat et redimit quod minus esse potest.
Nos miseri merito patimur, conamine quorum
Est data digressus copia, causa viae.
Sic genitrix: genitor solatur: tolle querelas,
Non decet in dubio prosperiora loqui.
Anna tace, noli turbari: sospite nato
Gaudebis: lacrimae commoditatis egent.
Ne timeas: vir qui pueri moderatur habenas
Et reditum, vernat religione, fide.
Mater non recipit fletus solatia, matris
Excubias vigili sedulitate gerit.
Circinat egressus, scrutatur compita, quaerit,
Explorat, sobolis non meminisse nequit.
Dum recolit sobolem sapiunt lamenta, querelae
Dulcescunt, redolet prolis amore dolor.
Tobiam Raguel precibus circumvenit, instat,
Arguit, adiurat, infitiatur iter.
Dissuadet reditum sic: Fili, consulo, crede
Consilio, reditum praecipitare nega.
Non te sollicitet mora, mittemus paranymphum,
Quo mediante patri sit tua certa salus.

1447 dat gemitus lachrymas veter. *o* dat gemitum veter. (om. lachrym.) *G* 1450 heu mora *l* iam mora *G* mora longa *o* 1451 qui peregr. *V* et per. *W* 1452 al. proximitatis *I* 1453 al. monitu gloria (sic *G*) *I* 1454 quod minus actus habet *I* 1455 cognamine *I*; et *l* cf. 1547 1457 genitor genitrix *G* 1458 in dubiis *V* indubie *o* 1459 sopite *G* 1461 ne dubites *o* 1462 et vern. red. *G* religiose *V* 1463 solat. mater *l* 1465 circuit *W* quaerat *G* 1466 nati *W* prolis *o* 1467 reco$^{lunt}_{lit}$ *W* 1471 fili postulo *IVWl* postula *o* 1472 rectum praec. *G* 1473 nec te *G* mittamus *V* 1474 om. *G* salus — patri *IVW* $^{certa}_{nota}$ *W* nota sal. *l*

Quaeso mane mecum: noli discedere, noli,
Si redeas, soceri sollicitare domum.
Fructus amicitiae iubet haec secreta profari,
Uti consiliis, alterutrare iocos.
Tobias negat assensum: sic litus aratur,
Sic later abluitur, sic pia verba cadunt.
Dum memorat gemitus utriusque parentis, anhelat
Ad patriam, subitum praemeditatur iter.
Quippe timet pia progenies, ne moesta senectus
Amborum doleat luxuriare moram.
Saepius excusat sic: Me desiste precari,
Care pater, monitis parce, reflecte preces.
Quipppe dies memorant pater et matercula: nolo,
Nec decet in mortem praecipitare senes.
Flet genitor, genitrix iterat lamenta: moranti
Vae mihi, ne pereant, me faciente moram.
Nolo mei causa patrem decedere: malo
Praecipitare moram quam patricida mori.
Copia sit nobis reditus: oratio nulla
Impetrare potest: nos remeare iube.
Dum Raguel nullis precibus nec amore teneri
Sentit eos, moesta sedulitate favet.
Saram tradit ei, famulos, armenta, camelos,
Ancillas, reliquas quae reticentur opes.

1475 quaes. mane noli noli disc. noli *GVl* mane mecum al. noli; marg.: et sic ter habent noli *W* 1477 hic secr. *W* proferri *o* 1479 litus annus *G.* — cf. Gaufridi Poetria v. 944 (apud Leyser Hist. poet. p. 915, qui est v. 953 in ed. singulari eiusdem Leyseri Helmstad. 1724)

Litus arat: laterem lavat: Auram verberat. —

et Eberardum Betuniensem in Labyrintho v. 115 (apud Leys. l. l. p. 815.)

Qui docet invitum, sua semina mandat arenae;
Abluit et laterem, Littus arare studet.

1485 me sic *Io* 1486 refl. moram *o* 1487 memorant — nūrula (matercula?) *G* numerat *V* numerant al. meminit *W* 1488 non decet *o* 1490 ve pereant — mora *V* 1491 descedere *G* discedere / decedere *W* 1492 moram al. viam *W* 1493 nostri red. *l* 1494 nos retinere potest *Io* rem. decet *V* non remanere al. nos remeare *W* 1495 cum *G* cum null. pr. Rag. *o* 1496 sentit eum *W* 1498 ancilla *l* retirantur *G* retinentur *o*

Partitur genero quae singula possidet, ornat
Obsequiis, onerat rebus, honorat ope.
Affligit socerum generi digressio: natam
Dum videt ire pater non pater esse nequit.
Sic rogitat: Domini vos dirigat angelus, adsit,
Aspiret, foveat prosperiore gradu.
O si vestra mihi pateat generatio, summis
Deliciis, summa prosperitate fruar.
Vos Dominus regat incolumes, vos prole beatos
Efficiat, stabili vos pietate iuvet.
Tristis uterque parens natam producit, amica
Oscula dant, fletu liberiore madent.
Talibus exornant: soceros venerare, maritum
Dilige, moechari respue, sperne malos.
Provideas domui, servis blandire, protervos
Corrige, pauperibus consule, plaude bonis.
Sit discursandi frenata licentia: sponsi
Cognatos humili sedulitate cole.
Sis pia, sis simplex, sis blanda, modesta, fidelis,
Iusta, favens, humilis, religiosa, placens.
His dictis iteratur Ave: dant oscula fletu
Delibuta pio: digrediuntur, eunt.
Hos reduces Charan via sex et quinque diebus
Provehit: hic coeptum dimidiatur iter.
Tobiae Raphael haec suadet: amice, parentis
Sis memor: intuitu sospite caecus eget.
Maturemus iter: coniux, animalia, servi
Nos poterunt gressu posteriore sequi.

1501 generi socerum — natum *G* discretio *I* 1502 dum iubet *W* nequit vel negat *I* 1503 Dominum *Io* protegat *o* 1505 o mihi si vestra *o* 1508 al. regat (sic *I*) *I* 1510 labiliore *Il* 1511 exorant *GVWo* socerum *I* 1512 sperare *G* malum *W* 1513 servos *G* 1514 porrige *G* 1515 discurrendi *Vlo* discursandi al. discurrendi *W* 1518 iusta placens hum. *V* religione plac. *VW* sedulitate placens *l* Schol. religiosa 1520 delibata *G* disgred. *V* 1521 quarram *I* carram *Vl* rel. carra (om. *G*). — sex cum quinque *G* 1522 dimidiatur / dividiatur *G* 1523 hic / haec *W* sudet *l* amate *o* 1526 languidiore *IWo* commodiore *V*

Tobias favet his, praecedunt ambo: relicta
Cetera succedunt languidiore gradu.
Angelus haec: de pisce datam tibi fellis habeto
Particulam: nobis auxiliaris erit.
Tobias favet his, patrisque salute salutem
Qua fruitur natus alterutrare cupit.
Accelerant: natalis humi dulcedine gaudet
Tobias: stimulos addit uterque parens.
Anna supercilio montis speculatur, amica
Sedulitate vices excubitoris agit.
Dum desiderio famulantur lumina, natum
Prospicit, exspirat qui fuit ante dolor.
Gaudia visa patri denuntiat, obvia proli
Cursitat, aetatis immemor exit anus.
Ad reditum geniti genitoris gaudia nullum
Obsequium vocis enucleare potest.
Angelus haec iterat: Dominum prece pronus adora
Supplice, dum patris ingrediere domum.
Solve Deo grates, cuius remeas ope, gaudens
Incolumis, placida commoditate fruens.
Cuius praesidio, cuius conamine, cuius
Consilio nostrum fructificavit iter.
Oscula multiplica patri: medicamine fellis
Quod geris, unge patris lumina, morbus abit.
Naturae vitium redimens pietate, fidelis
Excubitor certat praeceler ire canis.
Blanditur laribus notis, dominique salutes
Insinuat, caudae mobilitate loquens.

1527—1530 om. *o* 1527 suadet his *W* procedunt *Wl* 1529 ang. hoc *l* dato *GV* 1530 vobis *Il* auxiliatrix *l* 1532 al. velit *I* sic *G* 1536 excub. habet *V* 1538 respicit *G* prospirat *V* 1539 obviam *l* 1542 enumerare *W* 1543 iterum *V* 1544 ingrediare *W* 1545 gaudes *Ilo* 1546 plicita *V* furens *G* 1547 providentia / cognamine *I* moderamine *VWlo* 1548 concilio *VW* praesidio *o* 1549 patris *o* 1550 obit *G* abit vel abest *I* obit / abit *W* 1551 vitium vel pretium *I* redim. vit. *o* 1552 cedat *G* praecelerare *GVo* celerat (in ras.) praevius ire *W* praevius ire *l* 1553 dominisque *Vl;* sed Schol.: „et insinuat i. demonstrat salutes domini scl. parvi Thobiae.“ — salutem *Go* 1554 nobilitate *G*

Tobiae canis adventum praenosticat: exit,
   Currit uterque parens, hinc anus, inde senex.
Annos evacuat caecus pater, oscula nato
   Imprimit et palpat praedubitante manu.
Ora madent lacrimis gaudentibus: oscula, plausus,
   Amplexus satagit ingeminare pater.
Angelus ut suadet, Tobias intrat, adorat,
   Et Domino grates officiosus agit.
Ut pietas dictat, fellis medicamina profert
   Cassidili, sanat lumina, visus adest.
Est albugo velut ovi membranula lapsa
   Ex oculis: lumen redditur, umbra fugit.
Exhilarat visus caecum, dulcedo salutis
   Gratius ex morbo praeveniente sapit.
Respirat vigor intuitus, privatio pulsa
   Cedit, adest habitus, laetificatque senem.
Praecursor baculus gaudet cessare, quiescit
   Tentativa viae quae solet esse manus.
Glorificant Dominum senior, veterana, laborant
   Laetitia: senior supplicat, ista refert:
Te benedicamus Deus Israel: es mihi gratum
   Praesidium, morbi meta, salutis iter.
Tentas ut releves, premis ut medeare, flagellas,
   Sanas verberibus, scis redolere patrem.
Te laudo, te glorifico, te praedico, cuius
   Munere progenies aspicienda datur.
Ut dilapsa dies est septima, Sara camelis,
   Servis et reliquis concomitata venit.
Sara refert Raguelis opes, censumque Gabelo

1555 praenunciat *G* praenoscitat *o* cf. 1163 1556 hic *l* ánnus *G* hincque senex *o* 1559 ola *V* plaudentibus *Go* 1561 et orat *Go* 1564 cassilidi *GV* cassidulo *o* rel. cassiduli. cf. 1272 sonat *G* sana *l* 1567 cec^{9} *V* cecum visum *l* caecum: quia gratius omnis || Fructus ab opposita perditione redit. *o* 1568 et morbo *l* 1570 adest visus *l* abitus *o* 1572 temptatrixque *G* 1573 laborat *GVl* 1575 te benedīco d̄s deus *V* 1577 primis *G* medicare *W* flagellis̄ *GVW* 1578 vulneribus *VW*. — cf. 1036. 1580 volnere prog. asp. venit *G* 1582 et rel. serv. *l* cum reliq. *V*, *W*, al. servis et reliq. concomita *V*

Depositum, soceros laetificante nuru.
Cursitat Anna senex, nurui congaudet, amicis
Sudat in obsequiis officiosa domus.
Tobiae congressa tribus laetatur, amici
Conveniunt, celebrant gaudia, verba serunt.
Adveniunt Nabath et Achior, patris amici,
Et consobrini proximitate tribus.
Iunior exsultat Tobias, prospera narrat,
Quaeque viae monstrat commoda, monstrat opes.
Magnificat laudes Raphaelis, quo duce sanum
Ire, redire dedit Primipotentis apex.
Post consobrinos plausus genitoris amicos
Convocat et gemino vernat honore domus.
Gratia dum nubit naturae, fructus amoris
Plenior est: favor hinc militat, inde genus.
Hinc reditu prolis gaudent, hinc sospite patris
Visu: sic geminat gaudia causa duplex.
Laeta tribus septem convivia festa diebus
Continuat, plausu mellificante dapes.
Inde pater loquitur nato: quae praemia digna
Isti, quae dabimus emolumenta viro?
Quippe tibi fidus comes exstitit, utilis, almus,
Verax, consilio providus, arte potens.
Nil mortale sapit sua conversatio, sacrae
Mentis honestatem praedicat oris honor.
Filius huic: comes est dignus mercede: labori
Respondere suo praemia digna decet.
Quanta fides eius, quis honor, quae gratia, lingua
Nulla, labor nullus enucleare potest.

1584 soceros* (*rasura) *V* 1585 congestis gaudet amici || Conveniunt (1588) om. v. 1586 et 1587 — laetatur *V* 1586 obsequiosa *G* in/et obseq. *W* 1588 renovant gaud. *W* 1589 conveniunt *W* Nabaoth *I* Nabatoth *o* achaio *G* Achar *I* achiat *V* Achaboth *o* 1590 consorrini proximite *V* 1599 hinc creditu *l* gaudens *V* hospite *G* visu || patris *Vl* 1600 geminant *G* congeiät *V* 1601—1602 om. *V* 1601 contermina (? in ras.) festa *W* 1603 nato loq. *GV* 1604 illi *G* 1606 verax/verus concilio *W* 1609 hic *G* haec *V* huic *W* 1611 gloria lingua *W* 1612 al. certificare *I;* sic *GVl* notificare *W*

Est pretio dignus operarius: aspice, quantae,
Quantae contulerit commoditatis opem.
Duxit, rexit iter, fida pietate reduxit
Incolumem, gressu praevius, aede cliens.
Morsibus eripuit me piscis, ducere Saram
Suasit, daemonium depulit, unde salus.
Post gradiens Rages quaesita talenta Gabelo
Attulit: hoc genitor subveniente vides.
Commoda restituit tria: te solamine tristem
Laetificat, caecum lumine, prole patrem.
Blandus in obsequiis erat, in sermone modestus,
Proposito stabilis, religione sacer.
Qui studet illius praeconia promere, solem
Fumosis facibus irradiare parat.
Quae dabimus condigna viro stipendia? poscit
Dos compensari dote, favore favor.
Vade, roga genitor, dignetur sumere census
Dimidium, dignus uberiore dato.
Cum sit digna seges finali messe, quid isti
Detur, cum sata sint plurima, pauca seges?
Quae sevit capiat: coluit vineta, fruatur
Fructu: fregit humum vomere, grana metat.
His dictis genitor, natus, Raphaele vocato
Conveniunt, resident interiore domo.
Sic genitor: Tibi digna Deus stipendia praestet
Pro meritis, meritae messis honore iuvet.
Pauperies quod nostra nequit, divina facultas

1613 quantum vel quante *W* 1614 opes *W* (s in ras.) 1615 et rexit *l* 1616 incolumen *l* 1618 jussit *IVo* 1619 post R. grad. *GV* progred. *I* progrediensque R. *W* R. progr. *o* 1620 haec *l* 1621 restitui *l* tristes *G* al. moestum *I* 1625 quis *l* praec. psallere *o* 1627 dispendia *G* quae trademus ei condigna stip. posc. *o* 1630 ubiore *G* 1631 et 1632 om. *I* — *W*:

O si digna seges al. cum sit digna fides
b Quae si *vis* (in ras. idem in marg.) capiat coluit vineta fruatur
a Detur *cum sata sint* (in ras. id. in marg.) plurima pauca seges
c Fructu fregit humum etc.

1631 digna fides — illi *GV* 1632 sata om. *G* 1633 qui sevit *l* colit *G* fruetur *V* 1634 metet *V* 1635 nato *V* 1637 Cui gen. *o* 1639 quod om. *o*

Suppleat, eclipsin ne patiatur honor.
Accipe dimidium census, cape fronte serena
Quod dabitur: redolet dantis honore datum.
Ut pateat iubar angelicum parat angelus: error
Discedit, redeunt vera, lucerna patet.
Emergit iubar e tenebris, farragine granum
Elicitur, nucleus cortice, nube nitor.
Exuit ambiguum veri nitor, exit opaca
Nocte dies, fumo flamma sepulta nitet.
Angelus haec: Nolo pretium mortale, nec istis
Indigeo: munus spirituale metam.
Quod praestat, Dominum benedicite: fabrica fabro
Auctorique suo confiteatur opus.
Secretum regale tegi deposcit ad horam:
Mysterium latuit, exhibeatur opus.
Ieiunate, comes prodest elemosyna: iuncta
Ista reos possunt conciliare Deo.
Liberat a mortis laqueis elemosyna, sordes
Abluit, auctori dulce perorat opus.
Vitam perpetuat venturam, praestat honorem
Corporeum, praestat spirituale decus.
Sunt eius comites pietas, fiducia, plausus,
Mentis sobrietas, intemerata fides.
Quisquis iniqua gerit, animam captivat, honestum
Persequitur, iustum damnat, honoris eget.
Proh dolor, heu mors est retributio criminis, haeres
Anxietas, moeror armiger, ira comes.

1640 supplicat *G* impleat — amor *W* 1642 redol. gratis *l* amore datum *GW* et *V* in ras. — Caput XI. *o* 1643 pareat *V* 1644 redimit *V* 1645 a tenebr. *IVW* ex ten. *l* ferrugine *G* farrugine *IV* 1647 exit in amb. *W* exiit amb. *o* veri tenor *G* 1648 furno *G* 1649 praemium *G* munus *I* 1650 speciale (sic) *G* metem *V* 1651 Vos Dom. patrem bened. *o* 1653 regi *Wo* 1655 ieiunare — elem. $\overset{\text{nulla}}{\text{iusta}}$ *W* 1656 Deo — reos *o* consil. *l* 1657 a $\overset{\text{b}}{\text{mort.}}$ $\overset{\text{a}}{\text{laq.}}$ *W* a laq. mort. *l* a mortis poenis *Io* 1659 perpetuam *GV* parat hon. *o* forte patrat *I*, coll. 201. 1120. 1660 parat *o* 1662 intem. fames *V* 1665 proth dol. *l* heu mors om. *V* heu $\overset{\text{mors}}{\text{necis}}$ est *W* heret *G*

Occultum reserare libet: sub imagine tectum
  Humana voluit me latitare Deus.
Dum nudos vestire soles, sepelire peremptos,
  Pascere mendicos, collateralis eram.
Me pro te fudisse preces perpende: precanti
  Compatiens Domini gratia misit opem.
Te non sollicitent divina flagella: probari
  Te voluit medico vulnere patris amor.
Me Deus huc misit, ut nubat Sara fugato
  Daemone: ne visu destituaris inops.
De numero septem sum spirituum, quibus esse
  Concessum summi praesidis ante statum.
Causa duplex fuit adventus, oratio Sarae
  Et tua: cura fuit una, ruina duplex.
Sum Raphael summi patris angelus. — Audit uterque
  Et stupet: attonito supplicat ore timor.
Prostrati facies inclinant: angelus aegros
  Solatur, timidos recreat, ista refert:
Pax vobis: moneo, nolite timere, voluntas
  Me Domini misit, iussa superna sequor.
Coelica consuluit vobis miseratio, grates
  Expedit assiduas vos iterare Deo.
Esse videbar homo vobis, mortalibus uti
  Deliciis, potu, veste, sopore, cibis.
Mortales non gusto cibos: me latria pascit,
  Me condimentum spirituale fovet.
Me Domini iubar irradiat, me lampade summi
  Praesidis intuitus exsaturare nequit.
Ut redeam tempus petit: ergo revertar ad illum
  Qui me misit: eum vos celebrare decet.

1667 libet / licet *W* licet *l* cecum *G* 1669 solet *G* dum vest. sol. nud. *o* 1671 me fud. pro te *o* intende *V* 1673 non te *lo* sollicitant *V* 1674 modico *Vo;* cf. 1036 1675 vocato *V* 1676 ne iussis *G* visus *VW* discutiaris *l* 1677 sum septem *V* quibus usque *W* 1687 Esse datur summi *GVWl* 1679 fuit dupl. *l* criminatio Sarrae *l* 1682 antonito *V* al. rubor *l* 1684 tumidos *G* 1685 pax domini moneo *V* 1686 me misit dom. *o* iussa paterna *W* 1689 et videbatur homo *o* 1690 sapore *l* 1691 dapes *V* poscit *G* 1696 daret *G*

Hoc moneo: Dominum benedicite, psallite, laudes
  Decantate, Dei glorificate decus.
His dictis fugit ex oculis, nec luminis usus
  Ad patriam raptum notificare potest.
Prosternuntur humi tribus horis, extasis ambos
  Occupat, accumulant vota, pluuntque preces.
In mirabilibus Domini desudat uterque
  Laudandis, gemitu flebiliore madent.
Et quia regreditur Raphael, responderit utrum
  Vera, labor metricus enucleare parat.
Seria, nec sterilis emergit quaestio, digna
  Solvi: ne lateat quod patuisse decet.
Discutiatur, utrum sit verax angelus? Absit,
  Absit ut angelico peccet in ore dolus.
Non potuit nisi vera loqui paranymphus, amoeno
  Fonte madens, a quo vera fluenta fluunt.
Retulit ista: vocor Azarias Ananiae
  Filius: inciso cortice grana patent.
Involvit cinis igniculum, laterna lucernam,
  Vox sensum, nucleum testa, favilla iubar.
Granum praeniteat stipulis, essentia formae,
  Res umbrae, cineri flamma, lucerna luto.
Inspice quid lateat, pateant aenigmata: verum
  Sit tibi quod recitat spiritus, alma noys.

1697 grates *o* 1698 magnificate *I* concelebrate al. glorificate *W* glor. deus *V* 1699 fugit in celum *W* 1700 ad celum fundunt al. patriam *W* 1701 extasis illos *W* 1702 pluuntque *I* fluuntque *lo* Cf. Gualth. Alex. I. 146

Thesaurus aperi, plue donativa maniplis.

1703 dominum *V* dissudat *l* 1704 laudantes *W* (*tes* in ras.) laudibus *l* liberiore *V* madunt *G*. — Caput XII. *o* 1705 postquam progreditur R. respondit utrumque *o* 1706 meritus *G* studet *o* 1707 non ster. *Vl* nec / non *W* 1708 non lateat *V* nec / ne lat. *W* 1709 fit verus *l* verax sit *o* 1710 deus al. dolus *W* 1711 nisi vera al. non vera *W* 1712 fluentia *G* fluunt vel cadunt *I* 1713 detulit *I* ananias azariae *V*; *W* in ras. — Ananiae filius || Filius *l* 1714 patent vel metes *I* 1717 praemisit *G* 1718 luco *o* 1719 vera *W* in ras. 1720 sic quicquid recit. — moys *G* nois *VW* νόος *o*

Dicitur adiutor Azarias: Ananias
Gratia sive Dei gloria: fige fidem.
Quippe ministerio Deus angelico sua praestat
Munera, praemonstrat signa, propinat opem.
Dum servit natura Deo, dum coelica replet
Iussa, iuvant figulum vascula, membra caput.
Quippe creaturis uti divina potestas
Iure potestatis ad sua iussa potest.
Quos in filiolos exaltat gratia summi
Patris, eos Domini iussa iuvare decet.
Consule scripturas, lege Pauli dogmata: Paulus
Nos adiutores asserit esse Dei.
Est Azarias Ananiae filius omnis,
Quo famulante Dei gratia doxa patet.
Sic sopita iacet dubitatio, nubila lucent,
Res radiat, loquitur spiritus, umbra nitet.
Miratur veterana, senex maturior aevo
Et sensu senior supplicat, ista refert:
Rex aeterne, Deus, tibi laus, tibi gloria, regnum
Immortale tibi sit, sine fine decus.
Solus ubique potens solus regis omnia, solus
Sol es iustitiae, sol sine nube nitens.
Te solum sine fine Deum venerantur, adorant
Aer, ignis, aqua, terra, locale, locus.
Quicquid erit, fuit, est, tibi confiteatur, et omnis
Lingua tuum nomen magnificare velit.
Rex es, eris sine principio, sine fine: creatis

1722 crede / finge *I* 1723 p̄rat *G* 1724 Ornā praemonstr. *G* demonstrat *Io* munera p̄mrat (praemonstrat) sig. propinat (ministrat) *W* 1726 figula *G*
1728 sua iura *GV* 1729 ad fil. *l* adoptio *GVWlo* gratia (adoptiva) *I*
1730 iuvare vel tenere *I* 1734 lexque patent (in ras.) *W* δόξα *o*
1736 iacet *Go* tacet *V* lucet *l*
1728, 1733, 1734, 1729, 1730, 1731, 1732, 1735 *G*
1730, 1733, 1734, 1731, 1732, 1735 *I*. — Caput XIII. *o*
1737 mirantur *Wl* 1738 rogat *V* 1742 sol ens *G* est *l* sine fine nitens *V* 1743 venerentur — adorent *V*. honorant al. adorent *W* reverentur *l* 1745 confiteare *G* 1746 glorificare *Go*

Rebus cuncta creans non nequit esse prior.
Non habuit nec habere potest primordia princeps,
A quo principium primitiavit iter.
Non coepit, nec incipiet Deus esse, potestas
Cuius principii fons et origo fuit.
Incepisse nequit causarum causa, creator
Orbis, origo boni principioque prior.
Omnia qui fecit prior omnibus est: prior esse
Non poterit soboles patre, satore satum.
Ducis ad infernum, miserando reducis: acerbas
Nos pater ex vitiis, ex pietate iuvas.
Nemo potens poterit ut te fugiat: tua virtus
Regnat ubique: premis fortia, saeva domas.
Nescit honor tuus eclipsin, tua gloria finem,
Lux tenebras, mortem vita, corona iugum.
Gens, quod non alius Deus esse, fuisse, futurus
Esse queat, stabili credulitate sciat.
Crimina nostra patris pietas castigat, amicat
Supplicio, sanat vulnere, clade iuvat.
Illum confiteor, illi grates ago: casus
Peccatoris ei non placet, imo salus.
Magnifica Dominum plebs Israelitica: lauda,
Confiteare, nega non meminisse Dei.
Dispersit Domini vos dispensatio, vestris
Ut colat exemplis gens inimica Deum.
Vos narrare decet Domini magnalia: magnus
Laudes magnificas promeruisse potest.
Quae bona contulerit vobis, perpendite: regem

1748 te nequit *o* 1749 non habuit habeat *W* 1750 principiavit *G* principiavit iter marg. fons et origo fuit *W* 1751 non incipiet *o* non incepit nec incipiet *l* non cepit non incipit incipiet *W* 1752 *W* marg.: Ista carmina (scl. 1751 et 1752) in aliis non inveniuntur. 1756 non potuit *GVW* 1758 non pater *V* 1763 futurus fuisse *G* 1764 est queat *V* sedulitate ferat al. credulitate sciat *W* 1766 ubere *G* verbere *VW* clade docet *GV* domat *W* cf. 1036 1769 Israelita *l* 1771 dispergit — dispersatio *G* nos — nostris *VWl* 1773 nos *I* 1774 magnif. laudes *l* praemeruisse *o* 1775 nobis *GVW* contul. Dominus perpend. *I*

Exaltate: fidem confiteatur opus.
A vitiis convertimini, coram patre iusti
Esse studete: scelus cesset, abundet amor.
Sit Domini timor in vobis, castoque timori
Nubat et in fructum promoveatur amor.
Electi Domini Dominum benedicite, corde,
Voce, manu laudes vociferate Deo.
Ierusalem, Dominus tete castigat: iniqua
Plebs tua fusa iacet, flebilis, exul, inops.
Quae pateris mala promeruit tua crapula: casus
Dignus te cruciat, talio digna premit.
Affligit reprobos Deus: ex pietate tenetur
Castigare suos provida cura patris.
Non punit gladio Domini clementia: nulli
Infert supplicium materiale Deus.
Sic Deus affligit reprobos, non visitat: hosti
Exponit, retrahit dona, reflectit opem.
Quippe pater noster, dum se sperni videt, hosti
Nos servire suo, nos refovere negat.
Est pius, est patiens irae: turbatio nulla
Pacis in auctorem bella movere potest.
Dicitur irasci, quia dum se retrahit, irae
Filius hostis atrox instat, acerbat, obest.
Ierusalem, tibi multa dedit Dominus Deus: ausa
Es reprobare Deum, depretiare fidem.
Invitavit opum luxus contagia, vitae

1776 exaltare *G* 1777 convertamini *W* 1778 zelus *o* scel. absit *I* abund. opem *I* 1779 castumque *o* 1780 instructum *G* in fructu/fructum *W* 1781 voce || Corde *I* 1783 Dom. nunc te cast. *I* D. castigat iniqua pagana *o* 1784 exul anopus *G* 1786 te cruciet dignus — premat *G* 1789 verberat/pugnit *I* punit/pungit *W* 1790 decus *V* 1792 extrahit bona *I* 1793 sperni se videt *W*. — 1792 et 1793: „alii non habent" marg. *W* 1794 servire suos *I* scio *G* facit *o* 1795 est sapiens *G* turbatio al. tribulatio *W* 1798 atrox obest acerb. *G* opem vel obest *I* 1799 dedit Deus et tamen ausa *Io* daqit dominus deus ausa al. dedit deus ausa sed male *W* 1801 irritavit al. invitavit *W* immutavit *I* fluxus *GVI*

Perniciem, meritae perditionis onus.
Hostis eras fidei, luxu corrupta, soluta
Deliciis, vitiis ebria, legis inops.
Unde Deus tibi consuluit, mandata relegas
Coelica, compensas perditione datum.
Heu pateris gentile iugum, captiva laboras
Sub domino, domini carcere pressa gemis.
Non est qui miseram te consoletur, asylum
Commodet, auxilium praesidiale ferat.
Ecce Iacob premitur Esau dominante: coercet
Ioseph compedibus Ismaelita potens.
Exulat Hebraeus, Aegyptus imperat: instat
Perfidiae cumulus, spernitur aegra fides.
Fructibus heu raptis, sicut custodia cessat
Pomorum, caesis civibus orba iaces.
Invitat Deus ad veniam: per scandala quaerit
Tete legitima religione frui.
Te Deus implevit opibus: dispendia morum
Caeca superfluitas luxuriare facit.
Libera, dives eras, successibus ebria, vernans
Deliciis, felix principe, cive potens.
Te cruciat Deus ex propriis excessibus: instat
Tanta lues quantum praeradiare soles.
Est innata tibi dissensio, sanguine patrum
Delibuta seris schismata, bella moves.
Ierusalem tua progenies te cogit abuti
Nomine: dum pacis visio, pacis eges.
Te prohibet tua plebs mala, peior, pessima, discors
Vocis pacificae significata sequi.
Nominis effectum nescis exponere, crebra

1802 miserae *I* merito *l* mortis perd. *W* 1803 al. hostis erat fida luxu *W* luxus *G* 1804 legis egens *o* 1807 patris *G* 1809 non qui miseriam *G* 1812 israhelita *VW* 1813 Aegyptus, collective ponitur *I* Aegyptius *Wo* 1815 fluctibus *G* 1816 pomerii vel pomorum *W* 1817 adventum *G* 1818 lete *G* de te *o* conditione frui *V* 1819 dapibus *G* 1821 liba *G* 1822 principe crue pectis *G* 1823 Te deus ex propr. cruc. excess. *V* te D. excruciat pr. exc. *o* successibus *W* 1824 quanta lues *G* quanta praerad. *l* 1825 dimensio *G* 1829 tua gens *o*

Caede per antiphrasin nomen habere potes.
Viciniś es facta tuis illusio: dantur
Esca volatilibus viscera caesa patrum.
Consolare, queri noli: laetare, doloris
Antidotum Domino conciliante patet.
Spem refove, Dominum confessa, revertere, laudes
Multiplica, dabitur continuata salus.
Indilata tibi dabitur protectio, cives
Restituet Dominus, moenia, rura, domos.
Pristina reddetur tibi iurisdictio: fractis
Gentibus, expulso schismate plausus erit.
Gentilis rabies modo victrix victa tributum
Solvet, supplicium, vincla coacta pati.
Psalle Deo, persolve Deo pia vota, fovebit
Te Deus et redimet prosperitate crucem.
Reliquiae nostri generis te praeesse videbunt
Orbe, tua dabitur ampla salute salus.
Depraedata prius fies praedaria: praedae
Praeda suae fiet praedo ligatus inops.
Qui te despiciunt, maledicantur: benedicens
Te benedicatur Primipotentis ope.
Filiolis laetare tuis urbs sancta, reducet
Hos ad te Dominus commodiore via.
Clara smaragdus erit tibi sive saphyrus ut inde
Muros multiplices aedificare queas.
Ex lapidis fiet pretiosi schemate muri
Ambitus, ut pretium schematis ornet opus.
Asperior quanto praecessit laesio, tanto

1832 potest *V* 1833 datur *l* 1834 viscera sancta patr. *W* 1835 consolet *G* 1836 consiliante *GWo* concordante conciliante *I* conciliare *V* concilante *l* 1838 multiplicata salus *V* 1842 excluso *Io* expulsa scismata *l* 1843 gentilibus *l* 1844 solvent *V* reddet — victa coacta *l* 1845 pia vota D. pers. *l* 1846 et om. *G* 1847 relique *l* gen. nostri *IVo* 1848 orbi dum *Io* 1849 om. *G* fides praedaria *o* 1850 praeda sua *W* 1851 suspiciunt *V* 1852 te benedicantur *GV* 1853 reducit *W* reducat *o* 1855 erit sive *l* et inde *l* ut huius *o;* om. haec verba *G* 1857 et lapid. *l* pretioso *V* 1858 pretium om. *G* thematis *o* 1859 quanta praecessit al. praecedit *W*.

Successu dabitur floridiore frui.
Natio praeveniet tibi, fundet munera, votis,
Rebus adorabit religiosa Deum.
Plebs dispersa tibi remeabit, nescia luxus,
Sobria, iusta, placens, officiosa Deo.
Per vicos populus canet Alleluia, plateae
Ridebunt vario flore, favore, iocis.
Plebs concinnabit Domino praeconia, mentis
Devotae iubilum notificabit opus.
Rex benedicatur, cuius clementia planctus
Pressae Ierusalem respicit, addit opem.
Spiritus omnis amet Dominum, benedicat, adoret,
Glorificet, celebri sedulitate colat.
Es pius, es fortis, pater et Dominus: dominantem
In patre te colimus, in dominante patrem.
Sit tibi maiestas, laus, fama, potentia, virtus,
Imperium: resonet spiritus omnis Amen.
Sic senior: nec verba carent virtute: moderno
Tempore verborum pars manifesta patet.
Altera pars quae spondet opem sub iudice pendet
Et fluitat: victo gaudeat hoste fides.
Vitae reliquias post reddita lumina pace
Haurit et illaesa religione senex.
Dispensat radios sol vespere plenius: hora
Vespertina solet intitulare diem.
Desudat virtutis agro, coeleste talentum
Multiplicans, patris horrea messe replet.
Obsequitur legi, castigat turpia, prolem

1860 successit *l* commodiore *G* liberiore *l*. — Caput XIIII. *o* 1861 praevenit *l* 1863 diversa *W* luxu *l* 1864 placas *G* 1865 populos *G* 1866 loco *l*; vel iocis; malim ioco 1867 domini *Wl* 1868 iubilus *I* 1870 preesse *l* Jer. press. *V* respexit *l* 1871 amat *l* 1872 celebret *V* cerebri *l* credulitate *Io* 1873 et fortis *o* pater om. *G* pater Dominus *l* dominantum *GVWo* dominantium *l* 1875 summa/fama *W* 1877 senior/genitor *W* 1879 altera quae pars *V* alt. spond. op. pars sub iud. pend. *l* sub vindice *G* pendet al. splendet *W* 1880 gaudent *G* 1881 ite reliq. *V* post lum. redd. *W* pacem *o* 1883 vesp. clarius *l* 1885 agros *l* 1887 legem *V*

Instruit exemplis, religione docet.
Increpat elatos, iratos mitigat, aegris
Compatitur, miseros visitat ore, manu.
Continuat meritum merito, finemque maritans
Principio, sanctus sanctior esse studet.
Iam gravis est aetate senex, a carne tributum
Exigit asperitas irrevocata necis.
Languet vita senis, mortis cognata senectus
Praecinit adventum flebiliore tuba.
Plurima clarescunt mortis symptomata, tamquam
Coniurata premunt taedia multa senem.
Contrahitur statura senis, vox rauca, minores
Sunt oculi, naris uda, saliva frequens.
Pes tremulus titubat, manus est tremebunda, noverca
Pectoris hinc tussis, inde catharrus obest.
Fervoris stomachus, dentis maxilla, soporis
Lumina lippa, pilis area frontis eget.
Gibbus terga premit, scabies caput, hernia clunes,
Ruga cutem, pectus struma, ruina gradum.
Haec senii, non Tobiae sunt taedia: credas
Quae loquor aetatis, non epitheta viri.
Mortis ad adventum senior laetatur, anhelat
Ad patriam, patri supplicat, orat opem.
Morte patente timet Dominum, non dico timore
Servili, sed eo, quo reveretur, amat.
Mors patet in foribus, mors pulsat ad ostia, prolem
Convocat in coetum provida cura senis.

1890 ore malis *G* 1891 merito meritum f. maritas *G* 1893 iamque grav. aet. sen. *V* 1895 linguet *l* 1897 sinthoª *G* scīmonia (i. e. sanctimonia) *V* sinthomata *(l)* al. praenostica *W* 1898 sene *G* 1899 attrahitur *I* ›natura *Gl* senix *l* 1900 nares unda *Go* et *W:* al. nares uda 1901 scitulat *G* man. tremeb. om. est *l* sodalis al. noverca *W* 1900 et 1901 om. *V* 1902 pect. est tussis — adest al. obest *W* 1905 cibus *G* terg. cap. scab. prem. *GVWo* hernica *V* clunes vel renes *I* 1907 haec senii al. ista seni *W* non sunt Thob. *o* 1908 viro *W* 1909 mortis aduūtum *G* ad eventum *l* 1910 ad pactum *G* pater suppl. *l* 1911 potente *G* 1912 eum qui *G* eo quod *l* eum quem *o* 1914 ad coetum *G* in certum (?) in cetum *W* interdum *o* senis al. patris *I* (sic *VWl*)

Ergo parat domui disponere: quae Ninivitis
Et soboli sentit insidiosa refert.
Ad patris edictum natus septemque nepotes
Conveniunt: monet hos ore madente pater.
Imminet interitus Ninivae, Ninivita laborat
Ad casum populus, proxima poena patet.
Non cecidit Domini verbum mirabile, cuius
Verba, voluntatem concomitatur opus.
Ierusalem, revocabit iter dispersio fratrum
Laeta, revertetur Israelita potens.
Quippe domus Domini reparabitur in meliorem,
Quamvis fusa iacet, aedificata statum.
Israel in regem conversio provida regum
Credet, adorabit voce, favore, datis.
Exaudite patrem vestrum, persuasio cuius
Vos amat et patria sedulitate docet.
Hoc moneo, Domino servite timore, tremore,
Exultate pia mente placente Deo.
Se verbis conformet opus: doceatis in usum
Iustitiae vestras fructificare tribus.
Nate precor, moneo: votis, sermonibus, actu
Te, tua, te totum des holocausta Deo.
Credas consiliis rogo, nec vestigia patris
Sperne, nec in patrem degenerare velis.
Coniugium facias: oratio sponsa, maritus
Sit ieiunandi deliciosus amor.
Ne steriles vivant, elemosyna prodeat alma
Proles: prole patri fructificare stude.

1915 para *V* domini *G* 1916 invidiosa *GV* 1919 interitu *l* 1920 populis *Glo* populo *W* pena trahit *V* 1921 cecidit al. cedit *W* verb. Dom. *GVW* al. miserabile *l*; sic *V* 1922 concomitantur *o* 1923 renovabit *V* revocabit / remeabit *W* 1925 renovabitur *V* reparabit *l* 1927 illius in reg. *o* 1928 cedet *V* 1929 exaudire *V* persuasione *l* 1931 servire *GV* trem. tim. *l* 1932 placete *V* placere *GW* deo mente placete pia *l* 1933 docentis *V* 1934 iustificare *V* fruct. preces al. manus *W* 1937 consilio *V* 1938 in matrem (in ras.) *W* 1939 maritos *G* 1940 sis *l* 1941 ne stá'es maneant *G* nec ster. *VWo* iuvat / iuuāt *W* iuvant *o* 1942 patris *GV*

Hic est funiculus triplex, qui turbine nullo
Rumpitur, hac hostis reste ligatus abest.
Sic dabitur requies vitae, iucunda senectus,
Iugis prosperitas, continuata salus.
Mente Deum memori benedicite: laudibus eius
Impendatur amor, gratia, fama, decus.
Ecce patet Ninivitarum confusio: casum
Urbs feret ex merita perditione ruens.
Vos precor, hoc migrate loco: sit, matre sepulta,
Ut nos continuet immediata quies.
Vivite felices, benedictio plurima summi
Patris vos patria commoditate regat.
Regredior cinis in cinerem: mortale tributum
Solvo libens, mihi mors patris amore placet.
Vivite devoti Domino, sine crimine, iusti,
Unanimes, humili corde timete Deum.
Crescat in immensum generatio vestra: valete
In Domino stabiles pace, salute, fide.
His dictis senior domui disponit, anhelat
Ad patriam, spreto carcere regna sitit.
Iudicium Domini pater accipit ore sereno,
Laeta mente, pia laude, timore rato.
Rebus dispositis, benedicta prole, quiescens
Pace, polos anima, corpore ditat humum.
Heu, quid homo! cuius lucem premit umbra, cadaver
Foetor, delicias busta, ruina statum.
Cur hominem parit et perimit natura, noverca

1944 fune *Go* triste *V* teste *l* obest *G* adest *V* 1946 omnis / iugis *W* 1947 memor *G* 1948 imp. honor *W* 1949 construotio *V* 1950 fert emerita *l* feret merita *o* 1951 sic *(G?) l* 1952 ut vos contineat / continuet *W* immed. salus *G* 1953 bened. multa superni *o* patris || Summi *G* 1954 commoditate / sedulitate reget *W* 1958 h'm (humili?) c. timere *G* 1960 salute modo *V* 1961 genitor domus *G* domui sen. *o* 1962 cortice grana metit *o* sitit *I* 1964 al. laeto corde *I* laudes *G* rator *l* 1965 dispositi — quiescas *G* 1966 humus *G* 1967 heu quidam h. *G* heu quis *l* cadaver al. lucernam *I*, id quod legi malim; cadaver glossema sapit 1969 parit et peperit *G* perit *V* parat *W* creat et perim. *o*

Et genitrix, ortu commoda, morte nocens?
Quid fuit, est et erit, nisi faex? faex pessima, quamvis
Cara sit, heu carie non caritura caro.
Non natus valeo mortem non solvere: natus
Non nequeo misera conditione mori.
Lex gravis est carnis, cuius via transitus: esse
Est debere sibi deesse, sepulcra pati.
Heu quantis vitiis, quanta gravitate moderni
Exilii petimus perpetuare moras.
Nasceris, ergo cinis eris: incipis esse, teneris
Post non esse: datur vita, tenere mori.
Nos trahit in mortem natura, coactio mortis:
Est haec vita brevis lubrica poena, dolor.
Tobiae sunt plura necis solatia: lumen
Perpetuum, iugis vita, iocosa quies.
Non moritur, sed mutantur fluitantia certis,
Terra polo, gemitus pace, salute dolor.
Ad solem radius, ad patrem filius, exul
Ad patriam, victor ad diadema redit.
Iustus obit nec obit, sed abit, sed ab hospite migrans
Carne petit patriam deliciasque patris.
Iustus obit, nec obit: obit orbe, renascitur astris,
Et iucunda novum sidera sidus habent.
Magnus erat, modo maior erit, sed maximus orbe,

1970 ortus — premens *W* 1971 est quid erit *(W)* nisi fex homo pessima quamvis *V* 1972 care non caritara *G* — Inserit *o* haec:

Sic sibi visa decens est fece plena caro.

1973 non mortem *V* dissolvere *l* nec solvere *o* 1974 condit. frui *Io* 1975 lex gratus *G* 1977 in quantis *l* 1978 continuare moram *Po* 1979 inopis esse *G* 1980 post non deesse vita datur *V* teneri mori *l* 1981 non trah. *l* natum coact. *G* 1982 est hic al. hic est — poena al. vita *W* labor *P* Caput XV. *o* 1983 multa necis *Go* 1985 mutatur *V* 1986 al. quiete labor *W*; sic *l* 1989—1992 Quatuor hos versus eo ordine exhibui qualem adscripsit *I*; *GVW* sic 1991, 92, 89, 90 *l*: 1990, 1993, 1994, 1991, 1992 *o*: 1991, 1990, 1989, 1992 1989 abit ab hosp. *V* nec obit sed tutus ab hospite migrans *W* iust. abit (sic et 1991) — sed abit ab hosp. *l* 1991 abit orbe *W* iustus obit obit obit orbe *V* 1992 habet *V* 1993 sed maior erit *o*

Orbe bonus, melior, optimus astra petit.
Doctrina Moyses, alter David, alter Elias,
Orbe Iacob, coelis Israel, astra colit.
Exul erat, modo civis erit, nec obit sed obedit
Patri, dum patriae, dum patris optat opes.
Quippe pater patriae, pater et patriarcha, patronus
Imo patrocinium legis obire nequit.
Non moritur: poteritne mori cui fama perorat,
Laus loquitur, redolet fructus, abundat honor?
Unde dolens tristatur homo, canit angelus: unde
Unde serenantur sidera, pallet humus.
Dormit cum patribus, dormit patris in lare, dormit
Et metit in patria coelica lucra viae.
Qui studuit sancire Dei magnalia, sanctum
Sanctorum numero connumerare decet.
Qui Dominum coluit exemplo, dogmate, votis,
Laude, relativo debet honore coli.
Tobias Ninive iacet: eius fama nepotes
Irradiat, coelos spiritus, ossa solum.
Quinque pater decies et sex praevixerat annis
Cum caecavit eum primipotentis amor.
Visum suscepit sexagenarius annis,
Post vixit decies quatuor, adde duos.
Annos adde duos, centum mensura dierum
Tobiae stabili cognitione patet.
Patri compatitur cognatio moesta, querelas
Ampliat, imbre rigat uberiore genas.

1994 astra petit. om. *G* alta petit *V* 1996 orbis israel astra petit *G* coelos *Io* 1998 Patri dum patris regna thronumque petit || Non perit imo paret Patri patriarcha, patronus || Quippe patrocin. *o* 1999 quippe pater patriae et patriarcha paternus *V* 2001 poterit nec mori *l* 2003 canit ang. ex hoc *G* inde *W* 2004 sonorantur *W* 2006 et mitit *V* ut metat *l* 2007 sanxare *G* laudare dei *V* sanxire (x in ras.) *W* servare *l* qui sanc. D. stud. *o* — Desinit in hoc versu *V* 2008 in numero *Io* 2009 vocis *lo* 2010 frui *l* 2012 coelum *l* 2013 armis *G* annos *o* 2014 dum *I* primitenentis *o* amor apex *W* apex *l* 2016 postuxit *G* atque duos *o* 2017 tantum mens. *G* 2018 9g°e (cognitione?) *G* 2019 al. generatio *I* 2020 madet al. rigat *W* ampl. et fletu rigat * uberiore genas *o*

Conveniunt tribus, affines: mors unica damno
Plurali patriam patre iacente premit.
Tobias dolet, Anna gemit, flet Sara, nepotes
Plangunt, plebs gemitus ingeminare studet.
Quippe tenor fidei, speculum virtutis, asylum
Iustitiae, legis ancora mersa iacet.
Ut legis praecepta iubent sepelire laborat
Patrem progenies officiosa patri.
Temporis elapsu, defuncta matre, sepulera
Filius amborum continuare studet.
Ad soceros maturat iter post funera matris
Tobias: abit hoc digrediente tribus.
Sara virum sequitur, patrem genitura, supellex,
Tota domus domini concomitatur iter.
Cursitat occurrens Raguel, redimitque senectae
Torporem sobolis advenientis amor.
Cursitat Anna, gradu iuvenescit blanda senectus
Obsequio: credas non senuisse senes.
Compatitur soceris generi clementia, supplet
Quicquid debilitas inveterata nequit.
Obsequitur, blanditur, amat, veneratur et omni
Nititur obsequio concelebrare senes.
Defunctis soceris processu temporis, ambos
Tobiae sepelit compatientis amor.
Dispensat lacrimas fructus pietatis, honorem
Multiplicat, nec onus sentit honestus amor.
His praelibatis, Tobias vendicat haeres
Iure facultatem, praedia, rura, domos.
Vendicat ancillas, famulos, et cetera spargit
Pauperibus, redolet nomine, mente patrem.

2023 arma gem. *G* 2026 mersa / lesa *W* 2027 praec. doe'et *G* ferunt *l* 2029 sepulcrum *W* 2032 disgred. *I* abiit digr. *o* 2033 patrem al. matrem *W* 2037 iuvescit *I* 2038 senem *l* 2040 delibatas *G* sapit *l* 2043 progressu *I* 2044 Thobias *G* 2045 fructus *G* signum piet. *o* 2046 multiplicem *GIW* sensit hon. honor *G* sentit onustus amor *W* 2047 Thob. sibi vendicat *l* venditat *o* 2048 facultates pr. iure boves *G* domos al. boves *W* 2049 venditat *o* 2050 patrem al. senem *W*

Providus, innocuus dispensat dogmate, prolem
Patrissare pia sedulitate docet.
Prosperitas arridet ei cumulata, nepotum
Quinta beatificat linea visa patrem.
Annis deinde decem decies labentibus, uno
Dempto, mortis adest irrevocata dies.
In cinerem redit ante cinis, sacer astra serenat
Spiritus, innocuo corpore vernat humus.
Tobiam mors ausa rapit, pietatis asylum
Mergit humus, mergit flebilis umbra diem.
Lex cum legifero iacet obruta, remige navis,
Rivus fonte, iubar lampade, sole dies.
Eclipsis radium, speculum cinis, umbra nitorem,
Mors patrem patriae perniciosa rapit.
Commutatur ei patria via, pace tumultus,
Nubila luce, polo terra, quiete labor.
Da gemitus Iudaea, dole synagoga, duobus
Pallescis radiis orba, nitoris egens.
Eclipsin duplicem pateris, caligine mortis
Heu iacet in tenebris mersa lucerna duplex.
Orba patrocinio gemina lamenta, sepultis
Legitimis legem legis egere dole.
Ecce secundus obit Tobias nomine, morum
Lampade patrissans, dogmate, laude, statu.
Heu tenor exspirat legalis: utroque sepulto
Tobia, trabea religionis egens.
Parca per antiphrasin mors incipe parcere: cesset
Antiphrasis, verum nomen habere stude.
Visne probis, iustis vel sanctis parcere? parce,

2051 innoxius *l* innocuis — doctmata *G* 2053 arrid. accumulata *G* 2055 inde *Wo* 2056 fides al. dies *W* 2061 obrua r. nauta *G* 2062 cuius fonte *G* 2063 radios *W* umbra mortem *l* 2065 pacem via *G* 2069 pateris dupl. *l* 2070 mensa *G* 2071 gemina duplica *W* sepultus *l* 2072 doles *o* 2074 doctmate *G* 2075 ianque (?) *W* utroque 2076 trabea — egei *W* Iatria ns 2077 parco *G* 2078 habere potes 2079 visne bonis *I* et sanctis *l*

Parce: probus, iustus, sanctus uterque iacet.
Alter in alterutro dum vitam duxit in uno
Alteruter votis alteruterque fuit.
Dum discernit eos binarius, esse videtur
Mendax, dum numero sunt duo, rebus idem.
Mentitur dum scindit eos binarius, ausus
Dimidium toti connumerare suo.
Amborum titulos natura recollige: dando
Pauper quae dederas retrahe, dives eris.
Ambo boni: pius hic, pietas erat ille: fidelis
Hic erat, ille fides: hic sacer, ille sacrum.
De torrente via potavit uterque: recepti
In patria nectar spirituale bibunt.
Nomine, re similes pax coelica, pax in id ipsum
Pascit et occasum non habitura quies.
Sanctum sancta patrem soboles imitatur, honesta
Innocuum, stabilem sobria, iusta pium.
Horum vita decens, sacra conversatio, quippe
Insequitur truncum virgula, membra caput.
Est Domino soboles Tobiae grata; sapore
Radicis redolent vimina, spirat odor.
Hanc refovet summus pater, ut discursibus aevi
Eulogiis hominum patris abundet ope.

Sisto ratem, quia portus adest: has fonte beati
Hieronymi praesens urceus haurit aquas.
Vivite Tobiae tituli, vos nullus obumbret

2080 parce probet *G* bonus iustus *Jo* parce (al bonis iustis / probo iustus) — (iacet / fuit) *W* parce probis iustis s. ut. fuit *l* 2083—2084 om. *G* 2084 in numero *I* 2086 continuare *G* 2088 quae ded. paup. retraho *G* 2089 (pii / boni) — piet. (fuit / erat) *W* ambo pii pius hic erat hic piet. fidelis || Sit bonus ille bonus hic sacer ille sacer *G* 2090 ille sacer *o* 2091 torr. (via / tuo) *W* (mundo / via) *I* viae *o* 2093 nomine consilient *G* pars caelica *l* 2095 proles *l* 2097 harum *Io* docens *G* conversio *o* 2101 et discurs. *o* 2102 elogiis *I* εὐλόγως * hom. p. abundat *o* — Caput XVI. *o* 2104 urseus *l* hausit *Wlo* 2105 adumbret *o*

Livor, nulla lues, nulla procella premat.
Non favor appetitur aut famae fistula: scribo
Cunctis, scribo Dei munere, scribo Deo.
Vobis hexametrum desit Gualtheridos: uti
Pentametris Elegis Vindocinensis amat.
Vos Elegi magis elegi, quia legis amicos
Vos metrice metrica censeo lege legi.
Succinctis opus est Elegis: Elegia claudum
Vendicat ornatus integritate pedem.
Non placet aut placeat Elegis hyperbaton, imo
Succincte brevitas emutilata iuvat.
Pentameter minor hexametro velut armiger umbram
Explicat, et claudit anterioris iter.
Hexameter praeit ut dominus, vestigia claudus
Armiger obliquat languidiore gradu.
Quisque metrum mutilet ceu Baucis oluscula: metra
Intercisa magis integritatis habent.
Vocum congeries prolixa noverca favoris
Displicet, excurrit, labitur, auris abest.
Digeritur citius epulum per fragmina plena
Lance minutiolis: carmina caesa patent.
Hos Elegos distingue, patent: distinctio cesset:
Fructus abest, errat clausula, sensus hebet.
Nullus ad auctorem fiat respectus: honore
Thematis hoc lector experiatur opus.
Thema sacrum festivat opus, non auctor: honestas
Materiae celebris materiata iuvat.

2106 nulla dies *Gl* nulla pericula premant *o* 2107 non famae *o* famae fabulo *W* 2109 exameter *l* Galtherides *o* — Alludit ad Alexandreidem Gualtheri ab Insulis dicti de Castellione, quam ipse propediem editurus sum. 2111 magī elegi *G* magisque elogi *o* 2113 Eleg. opus est *o* 2114 pedum *W* 2115 aut pro vel *l* ut placeat *o* 2116 enucleata *l* 2117 pentametri *Gl* exametri *G* 2118 aut claudit *W* et clamat *l* 2119 claudit *o* 2120 obsequitur *GW* 2121 post *ceu* cetera desiderantur *G* 2122 utilitatis habent *W* 2124 dispicet *o* excurrit extrahitur *W* 2125 digeritur melius *o* disgreditur *W* 2126 laice minutialis *G* placent *o* 2128 sensus abest *Wlo* 2129 in autor. *W* 2131 festinat *Gll*

Si qua boni scintilla patet, stillat bonitatis
Fonte: Deus bona dat quaeque, ministrat homo.
Plasma dat obsequium, Deus incrementa propinat,
Grata ministerium lingua, charisma Deus.
Fructificat Deus in famulis: divina supellex
Est homo: ponit homo semina, grana Deus.
Dispensat figulus artem per vascula: fractis
Utitur ad stabilis integritatis opus.
Unde prophetiae Caiphas habet, unde Pilatus
Verba? malis fruitur ad bona patris amor.
Quae tibi dat Turonis metra Vindocinensis alumna
Perlege Parisius, Aurelianis habe.
Vos mihi nutrices, est Martinopolis alma
Mater, ubi patrui sed patris ossa iacent.
Vernat ubi praesul mihi compatriota, Decanus
Archiclavis ubi, Vindocinense decus.
Hic requies ubi Thebeae legionis alumni

2133 venit ex bonitatis *o* 2134 quae *G* cuncta *o* 2135 ministrat propinat *W* 2136 carisma *Gl* karisma *P* 2137 in famulum *W* in famulo *l* s'rlex *G* sic et 2160 2139 disponit (in ras.) *W* 2140 a stabil. *G* ad stabiles *l* 2139, 2140, 2137, 2138 *P* 2141 proph'itas habet unde pylatus *G* 2143 alumus *l* — De hoc disticho cf. Prolegg. Cap. III. 2144 Parrhisius *o* accipe *W* 2145—2156 om. *G* et *W*, cui 2 m. adscripsit haec: „Hic desunt ista carmina XII. Vos mihi nutrices etc. Vide in fine †." — (Adscripsit scl. 2 m. hos versus in fine Tobiae his praemonitis: „† Sequentia carmina negligentia scriptoris sunt omissa. Scribunt igitur supra iuxta signum praenotatum)." Neque vero ego eos a Matthaeo profectos esse puto, certe non ut primum scripsit; aut postea eos inseruit, aut interpolator aliquis addidit. 2145 urbs Martin. *l* 2148 Archilaus *o* Vindoc. genus *W* 2149 religionis *l* — De Thebaea legione cf. Gieseler, Kirchengesch. I. 1. p. 263 not. 15 (ed. 4). — Aschbach, Allgem. Kirchenlexicon IV. p. 35. — et Gualtherus Alexandr. V. 313

Quantus ab Alpinis spumoso vertice saxis
Erumpit Rhodanus, ubi Maximianus Eoos
Extinxit cuneos, cum sanguinis unda meatum
Fluminis adiuvit fusa legione Thebaea,
Permixtusque cruor erumpit in ardua, spreto
Aggere riparum totumque rigavit Agannum.

Iura monarchiae pontificalis habent.
Hic requies, ubi Mauritio sub principe vernat
Martinopoleos intitulatus apex.
Hic requies ubi sedis honor cathedralis et ordo
Iure suburbanos anteriore praeit.
Hic requies, ubi Castrensis iactantia cleri
Et par esse nequit, et minor esse negat.
Rivulus aridulus de vena paupere pingues
Serpit ad horreolos pauperiore lacu.
Verborum placeat macies, infantia metri
Floris egena, carens schemate, nuda tropis.
Vera loquens non pingo metrum, ne picta supellex
Carminis incurrat ambitionis onus.
Vernans metaphoris epithetis fabula, nugis
Ebria, venatur credulitatis opem.
Vera negant pingi, quia vera relatio vocis
Nescit adulari floridiore sono.
Litera non fallat: perimit perversa legentem
Litera, vivificat spiritualis odor.
Ad quoscunque potest rivales, coniuge sensu
Postposito, meretrix litera flectit iter.
Cum vetito sensu vox peccat adultera, casus
Convertit dubios amphibolia biceps.
Amphibolia nocet, nocet aequivocatio: plura
Unicus aequivocat significata sonus.
Summus Aristoteles, ut protestantur Elenchi,

2150 habet *I* 2151 Muricio *I* verna *l* 2153 odor *Wo* 2155 subiectio cleri *IW* Schol.: „Hic dicit auctor, quod in civitate Martinopoli erant multi boni clerici et ita scientifici sicut erant in civitate Castrensi, ubi quondam erat magna universitas, sed modo non est ingens propter guerram. Constr.: Requies est hic ubi iactantia i. pompa sive arrogantia cleri castrensis de Chartres galice quae est nobilis civitas ubi fuit antiquitus ne quid esse compar i. similis et negat esse minor." — 2156 quae par *l* neq. et tumor esse nequit *W* nec minor *o* 2158 ad orreolos *I* ad arreolas *W* ad agricolas *o* areolas p. gradu *G* 2160 tropus *G* 2161 verba marg. vera *W* 2163 vernas met. epiteas *G* 2165 vocum *l* relat. nescit || Nescit *G* 2168 spir. honor *o* 2169 rivalis *l* 2172 divertit *G* 2175 protestatur Elenchis *Io*

Sex phantasias voce latere docet,
Non quid dicatur, sed cur, perpendite, quippe
Quodlibet intitulat mens operantis opus.

Imperium tibi sit rex Christe, potentia, virtus,
Gloria, maiestas, laus, diadema, decus.
Ens alius sed non aliud quam sit pater, imo
Cum patre non idem unus idemque patri.
Et pater et natus et spiritus est Deus, unum
Et plures: tres sunt, non tria; tres et idem.
Est personarum distinctio trina, sed una
Est usia, Deus unicus, una noys.
Natus es ancilla Deus, at baptismatis almo
Fonte renascatur et renovetur homo.
Nasceris ex ramo radix, sol sidere, totum
Particula, figulus vase, colonus agro.
Condescendis apex convalli, purpura sacco,
Rex famulae, cineri lampas, oliva rubo.
Ne dispergat oves lupus hostis, cardine clauso
Intrat et exit ovis pastor et agnus ove.
Prodit messe sator, genitrix fit filia patris,
Et geniti lactat filia virgo patrem.
Felix coniugium, dum se sacra verba maritant
Auriculae, verbum fit caro patre carens.

2176 phantasias i. e. fallacias *W* voces *l* 2177 sed cur attendite nā͡q u, *P* 2178 qualibet *G* intitulet *o* mentis *G*. — Epilogus *o* 2179 Imp. tibi Rex tibi Christe *a* 2180 diad. salus *o* 2181 ens aliud *G* quam (om. sit) pater unus *W* 2182 W marg.: vivis (pro unus?). — idemque Pater *o* 2183 unus *lo* 2184 sed idem *G* 2185 terna *Gl* 2186 usya *l* οὐσία — νόϋς *o* 2187 natus es al. et *W*. ex anc. *l* 2188 ac renovat. *o* 2189 natus es ex ramo al. Nasceris *W* natus ex ramo *G* 2191 cum descendis *G* condescendit *l* sacro *W* 2192 famulae *n̄ro G* lex marg. Rex *W* 2193 disperdat *lo* carcere *o* carcere / cardine clausa *W* 2194 et erit *Gl* ove *GR* ovem *o* ove i. de virgine *W* 2195 prodit esse *l* 2196 et genitrix *W* 2197 dum sic se verba *o* sacra virgo *G* bona / sacra *W* 2198 sit caro *o* carne carens *G*

Angelus obstetrix, pater infans, sermo maritus,
Auris sponsa, parens nata, creator homo.
Intus et exterius totus, quia virgine totus:
Totus apud patrem, totus ubique Deus.
Felix partus, ubi capit orbe capacior alma
Virgo Deum, soli praevia sola Deo.
Felix partus ubi parit aula pudoris aperta,
Quamquam clausa, velut sole meante vitrum.
Excludit fragilis naturae crimina, poenam,
Non culpam retinens virgine sumpta caro.
Cur poenam retinens puniri venerat? Unde
Probra pati voluit, sputa, flagella, crucem?
Rex pie, rex fortis, rex optime, te benedicant
Cuncta, creatorem testificata suum.
Sit tibi laus, quia vivo, loquor, quia paucula scribo
Metra, tuum teneor concelebrare decus.
Quod portum teneo tibi grates exigo, quamvis
Laus humana Deum notificare nequit.
Te laus nulla canit, quia significatio vocum
Deficit auctorem significare suum.
De virtute tua vocum penuria cogit
Nos quasi vagitu deficiente loqui.
Trinus et unus ades scribenti: trinus in uno,
Unicus in trino sit benedictus, Amen.

Insontes Elegi dormite, quiescite: vobis
Compatior fessis imparitate pedum.

2199 sermo / verba *W* 2200 creatur *l* 2201 virgine natus / totus *W* 2203, 2206, (om. vitrum), 2205, 2204, 2207 *G* b 2205 / 2206 a 2203 / 2204 Quidam ita transponunt *W* 2204 pervia *o* 2206 quamquam / tanquam *W* micante / meante *W* micante *l* 2207 excusat al. exclusit *W* 2209 cur poenam al. non culpam *W* pugniri *I* 2210 proba *G* 2213 vivo tibi al loquor *W* loquor paucula *l* loq. et pauc. *o* 2214 magnificare al. concelebrare *W* 2215 positum — gratis *o* offero *l* 2216 vociferare / notificare *W* magnificare *lo* 2219 pecunia *G* 2221 adest *l* 2222 sis bened. *W*

Explicit: explicitum Tobiam qui legit, instet
Tobiam merita religione sequi.

2225 expletum *Wlo.* Cf. Du Cange Gloss. s. v. *explicitum.* — legerit *l* 2226 merito *GW* — Bis legitur hic versus, alter rubro colore et ni fallor ab eadem manu scriptus. *G* Finis *Wo.*

GOTTINGAE
TYPIS EXPRESSIT OFFICINA ACADEMICA DIETERICHIANA.
(GUIL. FR. KAESTNER.)